



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Theodoriti Episcopi Cyri Ecclesiasticae Historiae Liber Quintus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

THEODORITI

EPISCOPI CYRI ECCLE- SIASTICAE HISTORIAE

Liber Quintus.

De Gratiani Imperatoris pietate.

CAP. I.



Vam diuturnam impunitatem omni-
um moderator Deus his concedere,
qui contra ipsum audacia furiunt, &
quam grauibus suppliciis eos, qui lo-
ginqua eius patientia abutuntur, af-
ficere soleat, res gesta à Valente, &
poenæ ei irrogatæ satis illustri poste-
ris ac testato documêto esse poterūt.

Nam clemês ille & benignus dominus, misericordia & iu-
sticia velut libra & lancibus hominum facta ponderans, cū
videat aliquem magnitudine scelerū benignitatis suæ mo-
dum superasse, debito eum coercet supplicio, ne longius
ad perniciem prolabatur. Mortuo Valente, Gratianus qui
patrem quidem Valentinianum, patrum autem Valentem
habebat, toto imperio Romano potitus est. Nam iam pri-
dem post mortem patris, Europæ susceperat gubernacula,
illoq; etiamnum superstite consors imperii fuerat. Quare
Valente mortuo absq; liberis, tum Asiam, tum partes Li-
byæ, quæ ditioni Romanorum parebant, obtinuit.

De episcoporum reditu. CAP. II.

Iste imperator, statim vt declaratus erat, pietatem, quam
animo tenebat, multo reddidit illustriorem, & imperii
quasi primitias omnium gubernatori Deo obtulit. Nam
conscripsit legem, qua iubebat, tum pastores eiectos in exi-
lum, redire, suisq; gregibus restitui, tum sanctas ecclesias
tradi his, qui Damasi communionem amplexarentur. Hic
Damasus episcopus Romanus fuit in illius ecclesiæ admini-
stratione

stratione successor Liberii : vir sanè propter vitæ præstabilis ornamenta insignis : qui quoad eius fieri poterat, doctrinam apostolicam assiduè tutatus est. Vt autem lex, quæ dixi modò, maiorem haberet authoritatem, misit cum eâ duces Saporem, virum id temporis propter nominis & famæ celebritatem facillè præstantissimum. cui dedit in mandatis, vt tum Arianæ blasphemiam præcones, tanquam feras quasdam agrestes ex sacrosanctis templis exigeret, tum optimos pastores sanctis eorum gregibus restitueret.

De contentione Paulini, & Apolinaris Laodicensis nouatione, & Meletij philosophia, & pia in Deum affectione: CAP. III.

Quanquam verò istud mandatum apud singulas gentes sine contentione conficiebatur: tamen Antiochiæ urbis totius Orientis primariæ, discordiæ flamma de eò incensa fuit: quæ ita se habet. Doctrinæ apostolicæ propugnatores, vt ante dictum est, erant in duas partes diuisi: quarum vna statim post insidias contra Eustatium magnū comparatas, Arrianam nequitiam detestata, conuentus separatim egit, Paulinumque habuit antistitem: altera post Euzoium ordinatum episcopum, ab impiis Arrianis se vnà cū Meletio viro insigni, segregans, & pericula illa, quæ recensuimus, subiés, sapiētissima Meletii doctrina gubernata est. Porro autem Apolinaris Laodicensis, alteri iâ parti se ducè præbuit: qui tametsi pietatis personam induebat, & doctrinæ apostolicæ patrociniū suscipere videbatur, paulò post tamē se eiusdē aduersarium esse palam prodidit. Etenim de natura diuina differens, oratione plane adulterina vsus est: quippe in ea dignitatum gradus constituere, & œconomie Christi mysterium imperfectum affirmare, & animam rationis participè, cui corporis moderatio commissa est, salute, quæ per Christum nobis parta est, priuatam dicere non dubitauit. Nam hanc animam, vti eius ferebat opinio, dei verbum nō sumpsit, neq; ei vel medicari, vel vllum honorem tribuere dignatum est: sed corpus terrenum à potestatibus, quæ sensum oculorum effugiunt, veneratione affici, animam autè, quæ est ad imaginem dei creata, infrà manere, labe peccati

THEODOR. HISTOR.

ipsam asseruit, Multas ite alias pestiferas opiniones, ppter
 mentē errore & ignoratione cæcatam docuit. Nam interdū
 carnem Christi à sancta virgine sumptam esse, nonnunq̄ eā
 simul cum deo verbo è cælo descendisse, aliquando ipsum
 verbū dei carnē factū esse illud quidē, sed à nobis nihil ac-
 cepisse confessus est. Alias quoq̄; fabulas & nugas diuinis
 adiunxit promissionibus, quas in præsentia persensere su-
 peruacaneum arbitror. Iste dum eiusmodi opiniones doce-
 bat, non suos solum illarum contagione contaminauit, ve-
 rùm etiā earundem labem in nonnullos è nostris trās fudit.
 Quis tamē postea cū suā ipsorum tenuitatem perspicerent,
 oculosq̄; ad ecclesiæ splendorē conuerterēt, omnes, paucis
 quibusdā exceptis, ad ecclesiæ quidē cōmunionē se recepe-
 rūt, sed morbū, quo ante erant infecti, nō depulerunt à se,
 sed eundē in animos nōnullorū, qui dudum fide robusti ac
 valentes erant, infuderunt. Ex hac radice lethalis illa perni-
 cies enascebatur, quæ asseuerauit vnā carnis & diuinitatis
 Christi naturam esse, quæq̄; diuinitatem vnigeniti dei filiū
 passam esse docuit: & alia quoq̄; nonnulla, quæ cū in popu-
 lo, tum in sacerdotibus magnā discordiā concitauit. Sed i-
 sta quidem postea acciderunt. Id temporis autem aduentan-
 te Antiochiam Sapore duce, cum legem Gratiani ostendisset,
 Paulinus se à partibus Damasi stare cōstanter affirmat.
 Idē quoq̄; affirmat, morbo erroris sui occultato, Apollina-
 ris. At diuinus ille Meletius, se & quietē gessit, & ab eorū
 contentione continuit. Flauianus verò, vir sapiētissimus,
 qui adhuc fuit ex numero presbyterorū, ad Paulinū, duce
 audiēte, sic verba facit: Si Damasi cōmunionē, o amice, am-
 plecteris, nobis tuæ & illius doctrinæ cōsensum cognatio-
 nemque manifestò cōmonstra. Nam ille vnā trinitatis es-
 sentiā confitetur, tresque personas palam prædicat: at tu cō-
 tra, personarum trinitatē penitus tollis. Quare ostende do-
 ctrinæ cōsensum, & ecclesias capesse, vti lex iubet. Qui cū
 illi os hac refutatione obturasset, ita Apollinarem alloqui-
 tur: Demiror o amice, te non solum tam impudenter velle
 veritati repugnare, cū certò scias, Damasum, virū sanè ad-
 mirabilē, affirmare, perfectam nostram naturā à Deo Verbo
 sumptā esse, verùm etiam contrariam opinionē docere. Nā
 mentē nostram salute priuas tu quidem. Quod si nos hæc
 tibi

tibi obiectando, falsa dicimus, iam ergo tute nouam doctrinam à te primum in lucem editam denega: Damasi doctrinam amplectere, & sacrosanctas ecclesias capeffe. Cum autem sapientissimus Flavianus certis verisq; rationibus eorum compressisset audaciã, Meletius, vir omnium mansuetissimus, comiter admodum & benignè Paulinũ compellat his verbis: Quoniã & mihi istarũ ouium pcuracione cõmisit dominus, & tu aliarum curam suscepisti, ipsaq; oues inter ipsas veræ pietatis communionem consentiunt, greges, o amice, cõcordiæ vinculis coniungamus, & contentionem de primatu dirimamus. Et cum oues cõmuniter pascamus, cõmunem illis ritè moderandis curam adhibeamus. Quod si sedes contentionem gignit, ego hanc contentionem à nobis repellere conabor. Nam ponamus, quæso, in ea librum euangelii, & vtrinq; nos sedeamus. Quod si ipse prius è vita abiero, tu solus, amice, gregem moderaberis: sin autem tibi illud contigerit, ego rursus curam ouium pro virili geram, Verum tamen ista placidè & leniter à Meletio dicebatur, Paulinus tamen illis minimè acquieuit. Itaque dux Sapphires, eorum, quæ vtrinque dicta erant, iudex constitutus, Magno Meletio ecclesias tradidit: Paulinus autem ouium, quas ab initio à reliquis segregauerat, antistes permansit.

De Eusebio episcopo Samosatensi.

CAP. IIII;

A Pollinaris verò ab ecclesiarum gubernatione repulsus, deinceps doctrinam quam ipse recès excogitarat, palam prædicare, & se principem sectæ profiteri cepit. Est quidè ex multo maxima parte Laodiceæ cõmoratus. Antiochiæ autè iam pridè Vitali manus imposuerat, viro ob singulare & eximium viuendi genus magnopere nobilitato, & doctrina quidem instituto apostolica, postea tamen erroris labe inquinato. Diuinus verò Meletius, Diodorum illum, cuius ante mentionem feci, qui nauem ecclesiæ in grauissima tempestate incolumem seruauerat, Tarsi pastorem designauit, Cæsicumq; gentè ei cõcredidit. Episcopũ autem Apameæ, Ioannem creauit, qui illustri genere ortus quidem fuit, sed suis ipsius rectè factis, multò

THEODOR. HISTOR.

maiolem splendorem, quàm ex maiorum rebus præclare ge-
 stis est consecutus. Nam non doctrinæ solum, sed præsta-
 bilis vitæ ornamentis insigniter decoratus erat. Hic tur-
 bulentis procellæ temporibus conuētum eorum, qui fide
 secum consentiebant, gubernauit, sociumq; habuit & ad-
 iutorem Stephanum virum cum primis laudatum. Verùm
 istum diuinus Meletius ad alia transtulit certamina. Nam
 vbi intellexit Germaniciam labe Eudoxii infectâ, eum ve-
 lut medicum (nam & humaniore literatura, & sacris scri-
 pturæ doctrinis ab ineunte ætate instructus fuerat) ad mor-
 bum curandum misit. Neque certè spes eum frustrata est.
 Siquidem spiritalis doctrinæ subsidio lupos in oues muta-
 uit. Porro Magnus Eusebius ab exilio reuersus, Acacium,
 qui in magna gloria apud omnes fuit, Bereæ episcopum or-
 dinauit: Theodotum autem Hierapolis, cuius sc̄uera vi-
 uendi disciplina ad hodiernū diem ab omnibus celebrata
 est. Eusebium Chalcedonis, & Cyri nostræ Isidorum an-
 tistitem constituit: vtrumque admirabilem, & diuino pie-
 tatis studio egregiè exornatum. Ferunt quoque eundem,
 Eulogium illum, qui pro doctrina apostolica strēuè decer-
 tauerat, quiq; in Antinone vnâ cum Protogene relegatus
 erat, pastore Edeffæ (iâ enim diuinus Barses e vita excesserat)
 creauisse: Protogenē autem certaminū eorundē sociū,
 Carris, vrbi haud sana doctrina imbutæ, tanq̄ medicum ad
 eius errores curandos, præfecisse: postremum autem episco-
 pum ab eodem diuino viro ordinatum, fuisse Marin, quem
 Dolichæ paruo oppido, & per id tēporis morbi Ariani cō-
 tagione admodum infecto præposuit. Quem quidē Ma-
 rin, virum sanè præstantem, & omni virtutum genere exi-
 miè illustratum, cum Eusebius ille magnus, in sede episco-
 pali collocare vellet. Dolicham contendit. In quem oppi-
 dum ingredientem mulier quædâ peruersæ Arrii doctrinæ
 peste admodum laborans, regulâ e superiore loco deiecit,
 qua caput eius diminutum fuit: quo quidem vulnere pau-
 lō post ex hac ad alteram longè præstabiliorem vitam mi-
 grauit. Qui cum iam esset moriturus, eos, qui aderant, iu-
 reiurando obstrinxit, ne vllum supplicium de ea, quæ fa-
 cinus fecerat, omnino sumerēt. Etenim in ea imitatus est
 tum suum dominum, qui pro his, qui eum cruci affixerant,
 sic

fic orauit: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt, *Luca. 23.*
 tum conseruum Stephanum, qui post crebros lapidū ictus,
 quibus obrutus erat, clamauit: Domine, ne statuas illis hoc *Acto. 7.*
 peccatum. Tali mortis genere Eusebius ille magnus post
 multa pro fide confecta certamina occubuit: qui licet Barbarorum in Thracia effugisset crudelitatem, impiorum tamen hæreticorum manus haudquaquam effugit, sed per eos coronam martyrii consequutus est. Ista post reditum episcoporum fuere factitata. Gratianus autem de Thracia à Barbaris, qui Valentē cōbuserant, vastata, certior factus, relicta Italia, in Pannoniam proficiscitur.

De Theodosio militum duce. CAP. V.

PER idem tempus Theodosius, vir cum ob maiorū splendorem, tum ob suam ipsius fortitudinem percelebris, & propterea in inuidiam non ab illis modò, qui pares erant dignitate, verum etiā à tribulibus suis vocatus in Hispaniam, vbi & natus fuerat, & educatus, ætatē degit. Itaq; imperator incertus animi, quid ageret (quippe Barbaros adeo insolentes effecerat victoria, vti difficiles admodum expugnatum esse, tum viderentur) tandem sibi persuasit, si Theodosium ducem belli gerendi constitueret, imperium malis, in quibus versabatur, penitus liberatū iri. Quare confestim Theodosium euocat ex Hispania, ducē creat, & cum exercitu, quem in vnum collegerat, mittit. Qui fide cōmunitus, alacri animo & erecto iter suscipit: & ingressus in Thraciam, Barbarosque ex aduerso venientes conspiciatus, aciem, velut prælium facturum, instruit. Facta autem leui pugna, cum Barbari Romanorum impetum sustinere non possent, aciem deserunt, Atque terga dantes, fugæ se mandant: quos Romani, quantum poterant, persequuntur, magnaq; Barbarorum fit cedes. Nam non à Romanis solū, sed ab se mutuò interfecti conciderunt. Quare cum quā plurimi essent adhuc modum trucidati, & pauci, qui latere poterant, Istrum traiecissent, dux ille longè præstantissimus Theodosius, copiis suis in vrbes vicinas distributis, ad imperatorem Gratianum celerrimè, quò suæ victoriæ ipse nuntius esset, proficiscitur. Atq; cum imperator, quæ narrabat, ne credibilia quidem putaret, & factū supra modum miraretur,

THEODOR. HISTOR.

miraretur, illi, quos stimuli pungebāt inuidiæ, aiunt eum & fugæ se dedisse, & exercitū amisisse. Theodosius igitur postulat ab illis, qui contradicerēt, ut mittant nuntios, per quos eos multitudinem Barbarorum interfectorum diligenter cognoscant: faciliè namque esse ex spoliis numerum perdiscere. Cui orationi assensus imperator, misit nuntios, qui res gestas explorarent, eique postea referrent.

De illius imperio, & quas res per quietem viderit. CAP. VI.

DVci autem optimo Theodosio interim apud Gratianum commoranti, diuina quædam visio ab ipso omnium rectore deo obiecta est. Videbatur enim videre diuinum Meletium ecclesiæ Antiochenæ præfulem, læuam sibi imperatoriam iniicere, & coronam illi honori conuenientem capiti imponere. Quæ cum noctu secundum quietē vidisset, prima luce cuidam ex familiaribus indicauit. Ille somnium manifestum esse, & nihil obscuri ambiguiue in se complecti dixit. Ac perpauci dies iam intercesserant, cum redierunt nuntii, qui ad res à Theodosio gestas exploratè cognoscendas profecti fuissent, retuleruntque; permulta Barbarorum millia trucidata esse. Itaque; imperator iam pro certo persuasum habens, se non sine summo imperii comodo eum ducem delegisse, imperatorem quoque designauit, & illis imperii partibus, quas Valens rexerat, ei commisisit, ipse in Italiam contendit, Theodosiumque in imperii partes ei traditas dimittit. Qui ut primum imperium obtinuit, ecclesiis præ cæteris rebus diligenter prospicere cœpit, & ut episcopi suæ ditionis Constantinopolim ire maturent, imperat. Nam sola ea imperii pars Ariana labe passim commaculata fuit: pars autem versus occidentem ab ea libera vacuaque permansit. Siquidem Constantinus filius Constantini natu maximus, & Constans minimus natu, paternam fidem integram conseruabant: quinetiam Valentinianus, imperator Occidentis, veram pietatē synceram & incorruptā custodiebat.

Quinam insignes fuerint Arianae factionis antistites. CAP. VII.

Impe-

Imperii verò pars, quæ spectat ad Orientè, ex multorù nequitia hanc erroris labem contraxit. Nam Arius presbyter Alexandria, vrbis Aegypti, istam contra filiù Dei blasphemiam primus omnium in lucem edidit. Deinde Eusebius, Patrophilus, & Aetius Palæstini: Paulinus, & Gregorius, Phœnices: Laodiceæ, Theodotus, & eius successor Georgius: post hos Athanasius, & Narciscus Cilices, semina ab Ario per nequitiam iacta nutriuerunt. Tum Eusebius, & Theognis Bithyni: Menophantus Ephesius, Theodoros Perinthius, Maris Chalcedonius, & alii quidam ex Thracia, sola improbitate nobilitati, diu ista zizaniorum femina & rigarunt, & fouerunt. His malis agricolis subsidio fuit cum nimia Constantii facilitas, tum improba Valentis nequitia. Ob hanc causam solum Theodosius episcopos Constantinopoli in vnum conuenire mandauerat. Qui cum omnes ad centum quinquaginta numero eo aduenissent, vetuit ne quisquã ei indicaret, quis esset magnus ille Meletius. Volebat enim ex visione, quæ ei in somnio apparuisset, illum agnoscere. Vbi autem in palatiù ingressus est, totus episcoporum cœtus, ad magnum Meletium, cæteris omnibus relictis, accurrit: & veluti filius patris amatissimus, diu admodum paterno aspectu frui cupit: eum cū plecti, oculos, labra, pectus, caput, & dexteram, quæ coronam ei imposuerat, osculari cœpit: quinetiam, visionem quæ se ei obtulerat, exponere. Postremò cæteros omnes humanitùs excipere, & vt de rebus propositis consilium ineant, tanquam patres benignè orare.

De coacto Constantinopoli Concilio.

CAPVT VIII.

Eodem tempore Gregorius, qui nouissimè iam ecclesiam Nazianzenam rexerat, Constantinopoli vitam egit: & partim Arianae blasphemiae se fortiter opponendo, partim sancti populi animos aqua doctrinae euangelicæ rigando, partim oues à grege aberrantes cōquirendo, partim deniq; eas ab herba lethali liberando, gregem ex paruo magnū effecit. Hunc cū vidisset diuinus Meletius, & ppositū eorū qui canonē conscripserunt, cōsiderasset (nā quò ambitionis materiam præciderent vetuerūt episcopum de vna sede

THEODOR. HISTOR.

ad alteram transferri) ratū fecit, vt diuinissimus ille Gregorius Constantinopolitanum præsulatum teneret, ipseq; non longo tempore interposito, ad vitam doloris & ægritudinis expertem migravit, quem omnes, qui dicēdo aliquid poterant, funebribus orationibus egregiè laudare aggressi sunt. At Timotheus episcopus Alexandriae successor Petri illius, qui Athanasii in eo præsulatu, velut hæres fuit, Maximum quendam Cynicum, statim vt pilos Cynicos etiam abraferat, episcopum Constantinopolis pro Gregorio illo admirabili ordinauit. Iste Maximus erat etiam peruersæ doctrinæ Apollinaris præstigiis admodum cæcatus. Cæterum episcopi id temporis Constantinopoli in vnum coacti, facinus tam absurdum non tulere. Erant enim viri planè admirabiles, & diuinæ pietatis ac sapientiæ studio accessi. Ex quorum numero fuit Helladius Basilii Magni in episcopatu successor: Gregorius item & Petrus, fratres Basilii: Amphilocheus etiam Lycaoniæ Antistes, ex optimis Pisdarum & Cilicū. Aderant præterea Diorus Pelagius episcopus Laodicēsis, & Eulogius Edeffæ, Acacius quoq; & Isidorus nostræ ecclesiæ episcopus: Cyrillus Hierosolymorum, & Gelasius Cæsariæ Palæstinæ, vir & doctrina, & moribus insignis, & alii deniq; plurimi virtutis athletæ. Omnes hi tunc ab episcopis Aegypti se segregantes, diuinos conuentus cum Gregorio Magno celebrarūt. At diuinus ille Gregorius orat illos, vt cum iam de concordia constituenda conuenissent, ea quæ ad concordiam mutuam spectent, vnius hominis iniuriæ præferre velint. Nam ego inquit, multis curis liberatus, ad tranquillitatem quæ mihi pergrata est, memet recipiam: & vos itidem post longum illud & graue bellum pace optatissima fruimini. Valde enim absurdum esset, vt iam è telis hostium erepti, mutuò alius alium ferire, & nostras ipsorum vires conterere aggredieremur: quandoquidem eo pacto hostibus non parū daremus lætitiæ. Quare virum conquirite præstabilem, & sapientem, qui prouinciam tam plenam curarum tum capessere, tum probe administrare possit, eumque episcopum designate. Quibus rationibus persuasi præstantissimi illi pastores, Nectarium, virū patritium, generis splendore eximiū, & virtutibus cuiusq; modi exornatum, illius vrbs amplissimæ episcopum creauerunt.

uerunt: Maximum autem utpote Apollinaris amentia imbutum, episcopali dignitate spoliarunt, eiq; ecclesia interdixerunt. Porro autem cum canones pro recta ecclesie administratione conscripissent, statuisentque, ut fidei formula in concilio Nicæno ædita, firma ac stabilis maneret, singuli domum reuerterunt. Sequenti ætate, quàm pluri mi eorū ad eandē urbem denuò regressi (necessaria enim ecclesie negotia eos illò reuocauerant) epistolam à concilio episcoporum in Occidente coactorum acceperunt: quæ illos hortabatur, ut Romam, ubi iam maximus episcoporū cætus congregatus erat, accederent. At tam longū iter suscipere, cum nihil inde lucri se facturos putarent, omnino recusarunt illi quidem: sed tamen scripserunt epistolam, qua tum tempestatem contra ecclesias excitatam eis significabant, tum illorum subnotabant in ea re negligentiam, tum deniq; doctrinā apostolicā summatim perstringebant. Verū ea ipsa epistola eorum, qui ipsam scripserint, fortitudinem & sapientiam multò apertius declarabit.

Libellus Synodicus à concilio Constantinopolitano ad episcopos missus. CAP. IX.

Dominus honoratissimis, & cū primis reuerēdis fratribus, ac collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Acholio, Auemio, Basilio, & cæteris sanctis episcopis in celebri vrbe Roma conuocatis, sanctum concilium orthodoxorum episcoporum in ampla vrbe Constantinopoli coactorum in Domino Salutem.

¶ **M**ultitudinem calamitatū nobis à dementis sectæ Ari-
 næ principibus inflictarum vestræ reuerentiæ tanquā
 earundem ignaræ exponere narrareq; erit fortasse su-
 peruacaneum. Nam neque vestram pietatem res nostras
 tam paruo æstimare arbitramur, ut de his docendi sitis, pro
 quibus deberetis nobiscum vnā condolecere, neq; eiuf-
 modi sunt tempestates illæ, quibus vndiq; iactamur, uti
 propter earum paruitatem vos latere queant. Quinetiam
 tempus persecutionis adeo nuper præterit, ut nō illi solū,
 00 5 qui

THEODOR. HISTOR.

qui in eo afflictati erant, verum etiam eorum amici, qui pro-
 pter amorem in doloris cum illis venerat societatem, re-
 centem eius memoriam teneant. Nam heri, prope dix-
 rim, & nudius tertius, nonnulli exilii vinculis liberati, &
 infinita fere afflictationum genera perpessi, ad ecclesias suas
 redierunt. Aliorum autem exilii cruciatibus extinctorum
 reliquiae duntaxat in patriam sunt reportatae. Quidam post
 reditum ab exilio, in furorem haereticorum adhuc sauien-
 tem incidentes, grauiora tormenta in sua ipsorum, quam in ali-
 ena regione tolerarunt, & more Beati Stephani, lapidibus
 obruti occubuerunt. Alii variis cruciamentis dilacerati,
 stigmata Christi, & vibices in corpore adhuc circumferunt.
 Porro pecuniae iacturam, amissiones ciuitatum, quas incol-
 lebant, proscriptiones singulorum, insidias, contumelias,
 carceres, quis poterit enumerare? Nam afflictationum ge-
 nera nobis impactarum vix numero comprehendi possunt,
 propterea fortasse quod poenae peccatis debite nobis persolu-
 dae erat, fortasse autem quod benignus deus per ingentem re-
 rum aduersarum multitudinem nos exercere volebat. Pro-
 quibus deo certe agenda sunt gratiae, qui per tot cruciatus
 suos seruos erudiuit, & secundum multitudinem miserationum
 suarum, rursus eduxit nos in refrigerium. Nobis qui-
 dem diuturno otio, & multo tum tempore, tum labore ad
 ecclesiarum emendationem opus est, vti corpus earum tan-
 quam diuturno morbo vexatum, curationibus pedetentim
 adhibitis recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem
 reducamus. Nam etsi videmur persecutionis asperitate pe-
 nitus liberati, & ecclesias diu ab haereticis occupatas mo-
 do recuperasse, tamen lupi nobis permultum facebant mo-
 lestiae: atque licet ab ouilibus abacti sint, in syluis tamen
 greges diripere, conuentus contrarios nobis audacter oppo-
 nere, populi seditiones concitare non cessant: denique nihil
 omnino praetermittunt, quod ecclesiis quicquam adferre possit
 incommodi. Itaque erat, vt diximus pernecessarium, vt in
 his rebus rite constituendis plus temporis collocaremus.
 Iam vero quoniam vos, quod fraternam vestram erga nos
 charitatem declararetis, concilio dei voluntate ac nutu Ro-
 mae coacto, nos velut membra propria per imperatoris fan-
 tissimi literas accersuistis, ne cum nos soli iam antea res
acerbas

acerbas subire coacti essemus, nunc imperatoribus de pietate consentientibus sine nobis vos regnaretis, sed potius, ut loquitur apostolus, ut nos vobiscum coregnaremus, est certe nobis in optatis, si posset fieri, ecclesiis penitus relictis, vestro desiderio, aut necessario potius ecclesie negotio inseruire. Quis enim nobis dabit pennas, ut columbae, & volabimus & requiescemus apud vos? Verum quonia hoc modo ecclesie nuper renouatae nudarentur, & res a plerisque fieri omnino non queat, propterea quod Constantinopoli mandato literarum, superiore anno a vestra reuerentia post concilium Aquiliense ad sanctissimum imperatorem Theodosium missarum, ad iter duntaxat Constantinopolim usque faciendum nos preparauimus, atque de hoc vno concilio celebrando consensum episcoporum, qui in prouinciis manserant, vna nobiscum attulimus, idcirco neque longiore itinere opus esse expectabamus, neque de vilo alio omnino ante acceperamus, quam Constantinopoli in vnum conuentum esset. Huc accedit, quod temporis praestituti angustia neque ad longius iter parandum, neque ad episcopos in singulis prouinciis, qui sunt eiusdem nobiscum communione, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum consensus obtinendos, satis spacii dedit. Itaque cum & haec res, & alia praeterea complures maiori parti episcoporum impedimento sint, quod minus ad vos veniant, idcirco quod secundo in loco faciendum erat, tum ad statum rerum ecclesiasticarum rite ordinandum, tum ad ostendendum, quanti vestra erga nos charitate aestimemus, illud certe fecimus: quippe orauimus reuerentiss. honoratissimosque fratres & collegas nostros episcopos, Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, uti laborem ad vos perficere suscipere non graueretur. Qui quidem non solum vobis exponeret, quod nostra voluntas pacis studiosa sit, & quo pacto nihil aliud, quam ecclesie concordiam sibi proponat, verum etiam quod ardenti studio ad sanam fidem tuendam accessimus, perspicue significabunt. Nam persecutionum procellas, cruciatus, minas imperatorias, crudelem magistratum violentiam, aliarumque rerum incommodarum tentationes, quas ab haereticis sustinimus, pro fide euangelica a CCCXVIII. sanctis patribus Niceae urbis Bithyniae confirmata sustinimus. Etenim ista fides tum a nobis, tum a vobis, tum ab omnibus, qui non verbum

1. Cor. 4.

Psal. 54.

vera

THEODOR. HISTOR.

vera fidei peruertunt, approbari debet: quippe cum & anti-
 quissima sit, & lauacro baptismatis, quo tincti fu-
 mus, cōsentanea, & nos doceat credere in nomine patris, &
 filii, & spiritus sancti, hoc est in diuinitate, potentiā, & sub-
 stantiā vnā patris, & filii, & spiritus sancti, æqualē dignita-
 tem, & coæternū regnū in tribus perfectis *ὑποστάσεις*
 id est, in tribus perfectis personis: adeo vt neque quicquā
 loci detur pestiferæ Sabellij hæresi, qua cōfunduntur per-
 sonæ, hoc est, proprietates earū tollūtur, neq; blasphemia
 Eunomianorum, Arianorum, aut eorum, qui spiritum san-
 ctum oppugnant, quicquam habeat ponderis: quæ quidem
 essentiam, naturam, & diuinitatem trinitatis discindit, & ei,
 quæ nec creata est, & consubstantialis est, & coæterna est,
 naturam posterius genitam, aut creatam, aut quæ sit alte-
 rius essentiæ tribuit. Nos autem doctrinam dominicæ
 incarnationis integram & perfectam tenemus, & neque ꝑ-
 conomiam carnis Christi vel animæ, vel mentis expertem,
 vel imperfectam esse asserimus, Sed agnoscimus verbum
 dei antè secula omnino perfectum esse, & perfectum homi-
 nem in nouissimis diebus pro nostra salute factum esse. At
 que ista de fide à nobis liberè ingenueq; prædicata summa-
 tim differuimus: de quibus pleniorē cognitionē animis po-
 teritis percipere, si libellum concilio Antiochiæ cōuocato
 de fidei decisione editū, & eū etiam, qui superiote anno à
 concilio generali compositus est, legere placuerit: in qui-
 bus tum fidem nostram vberius exposuimus, tum hæresi-
 bus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denun-
 tiauimus. De administrationibus autem, quæ sunt cuiusq;
 ecclesiæ propriæ, cū vetus, vti nostis, lex est, tū sanctorū pa-
 trum in concilio Nicæno decisio, vt videlicet singularum
 prouinciarū antistites, vnā cū finitimis, modo ipsis ita vi-
 sum fuerit episcopis, ministros ad ecclesiarū cōmodū in fu-
 is ipsorū prouinciis ordinent. Ex cuius legis & decisionis ꝑ-
 scripto scitote tū alias quoq; ecclesias apud nos administra-
 tas esse, tū illustrissimarū ecclesiarum sacerdotes delectos.
 Vnde ecclesiæ Cōstantinopolitanæ, recēs, vt ita dicā ædifi-
 cata, q̄q; ex hæreticorū blasphemia, tanq̄ ex ore leonis ꝑ mi-
 sericordiā dei nuper eripuim⁹, reuerendissimum sanctissi-
 mūq; Nestariū in cōcilio generali, cōmuni oīm cōsensu,
 præ-

3 præfente Theodosio imperatore religiosissimo, totius de-
 3 niq; cleri, totiusque ciuitatis suffragijs episcopum consti-
 3 tuimus. Ecclesiæ autè vetustissimæ & verè apostolicæ An-
 3 tiochię vrbs Syriæ, in qua primo venerandū Christianorū
 3 nomen auditū est, reuerēdis. & Sanctissimū Flauianū, epif-
 3 copi illius prouinciæ & diœceseos oriētalis in vnū cōue-
 3 nientes, tota illa ecclesia, vti canō postulat, suffragāte, & ve-
 3 lut vno ore virū illū honorifice collaudāte, episcopū ordi-
 3 narūt: quæ quidē ordinatio vti legitima, communi Conci-
 3 lij consensu approbata est. Porro ecclesiæ Hierosolomita-
 3 næ, quę est aliarū omniū māter, reuerēdis. & Sanctissimū
 3 Cyrillū episcopum vobis ostendimus, tū ab episcopis pro-
 3 uinciæ, vti canon vult, iam pridē creatum esse, tum plurima
 3 prælia aduersus Arianos varijs in locis cōfecisse. Quibus
 3 rebus tanquā legitimè & secundū ecclesiæ Canones cōsti-
 3 tutis obsecramus vestram reuerētiā, vti cōgratuletur: spiri-
 3 tali charitate nos mutuo deuiciente, & timore domini quā
 3 omnem humanā affectionem reprimat, ecclesiarumq; edifi-
 3 cationē amorī illi & beneuolētīæ, qua singuli singulos cō-
 3 plectūtur, longè antepōnit. Quod si doctrina fidei ad hunc
 3 modū cōmuni consensu stabilita sit, & charitas Christiana
 3 in nobis confirmata, posthac desinemus dicere illud, quod
 3 ab apostolis cōdēnatū est, nimirū, Ego quidē sum Pauli, e-
 3 go autē Apollō, ego verō Cephę: atq; oēs cū simus Chri-
 3 sti, qui in nobis nō est diuisus, corpus ecclesiæ, dei largiēte
 3 gratia, integrū conseruabimus, & ad tribunal dñi fidētī aīo
 3 nosmet sistemus. Isti contra Arii, Aetij, & Ennomij insa-
 3 niam, quinetiā contra Sabellij, Photinj, Marcelli, Pauli Sa-
 3 mosateni, & Macedonij amentiam scripserunt. Simili ra-
 3 tione & nouæ Apollinaris doctrinæ palam anathema in-
 3 dixerunt: quandoquidem nos inquit, doctrinam incar-
 3 nationis dominicę integram tenemus, et neque carnis eius
 3 œconomiam animæ mentisve expertem, aut imperfectam
 3 asserimus.

Cor. 1.

*Synodicus libellus aduersus Apolinarem & Timo-
 theum à Damaso episcopo Romano Con-
 scriptus. CAP. X.*

Dama-

THEODOR. HISTOR.

DAmasus item vir omni genere laudis florentissimus; simul vt hanc sectam exortam accepit, non Apollinarem solum, verum etiam Timotheum eius discipulum abdicauit: quam rem episcopis etiam Orientales ecclesias gubernantibus significauit per literas: quas literas in historiam illigare non incommodum existimaui.

Damasi Pape epistola ad Orientales episcopos contra Apollinarem Antiochenum et Timotheum eius discipulum hereticos.

Quod vestra charitas debitam sedi apostolicam reuerentiam tribuit, filii honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo sane honori est. Nam tamen in sancta ecclesia, in qua sanctus Apostolus sedes nos docuit, quo pacto illius gubernacula, que suscepimus, tractanda sint, nobis primae partes deferuntur, tamen cōfitemur nos illo dignitatis gradu longe inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, vt ad gloriam beatitudinis eius, si qua ratione possumus, tandem aliquando perueniamus. Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum, Apollinaris heretici discipulum, cum impio suo dogmate iam pridem abdicasse: & ob eam causam credimus reliquias eius nihil in posterum momenti habituras. Quod si antiquus ille serpens, semel atque iterum ictus, ad suam ipsius poenam augendam reuixerit, & extra ecclesiam eiectus, nonnullos etiam fideles suis mortiferis venenis quibus eos tentare aggreditur, ad exitum trahere non cesset, vos hanc eius astutiam, velut pestem quandam declinate, & recordamini sedulo tum fidei ab apostolis traditam, tum huius vel maxime, que est a sanctis patribus in concilio Nicano scriptis prodita, inque ea gradum firmem desigentes, immobiles perstate, & ne posthac sustinete, vt vel clerici vestri, vel laici inanes sermones, quaestionesve obscuras audiant. Iam enim semel formulam edidimus, vt qui se christianum profiteatur, illud teneat quod ab apostolis traditum est: quippe diuinus Paulus sic loquitur: Si quis vobis euangelizauerit, praeter id quod accepistis, anathema sit. Nam Christus filius Dei, dominus noster, generi humano per passionem suam plenissimam salutem reddidit, vt totum hominem peccatis implicatum, ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfectam humanitatem, aut imperfectam diuinitatem habuisse dixerit, spiritu diaboli completus, se filium gehennae ostendit.

Itaque

Galat. 1.

Itaq; quid est cur abdicationem Timothei à me rursus requiratis, qui etiã hic iudicio sedis apostolicæ, Petro quoq; episcopo Alexandriae præsentè abdicatus est, vnã cù magistro suo, Apollinari, qui itẽ in die iudicij debitas pœnas & supplicia perfoluet. Quod si ille, qui veram spem in Christum vnã cum fidei confessione mutarit, velut spẽ quandam salutis retinens, alios quosdã, qui sunt leuiiores, ad suã perducatur sententiã, sciant illi se propterea cum eo similiter perituros, q̃ animũ aliquando induxerint ecclesiæ canonice repugnare. Deus vos, filii honoratis, Seruet incolumes.

Alia item nonnulla episcopi in amplissima vrbe Roma coacti contra varias hæreses conscripserunt, quæ necesse putauit huic historiæ attexere.

Alter eiusdem Synodicus contra diuersas sectas libellus. CAPVT XI.

Confessio fidei Catholicæ, quam Damasus Papa misit ad Paulinum episcopum Thessalonice, vrbis Macedoniae.

Quoniã post conciliũ Nicænũ eiusmodi error emerfit, vt quidã profano ore dicere audeant, Spiritum sanctũ per filiũ factum esse, anathema denũtiamus omnibus, qui nõ liberè prædicant Spiritum Sanctum vnus et eiusdẽ tũ essentia, tũ potestatis cù patre, & filio. Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt patrẽ & filiũ eundẽ esse. Anathemate itẽ dánamus Ariũ, & Eunomiũ, qui pari impietate, licet verbis discrepent, tũ filium, tũ spiritum sanctum creaturã esse asserunt. Sint porro Macedoniani multati anathemate, qui ex radice Ariana exorti, non impietatem, sed nomen solum commutarũt. Photino quoque sit pœna anathematis irrogata, qui hæresin Ebionis renouans, dominũ nostrũ Iesum Christum, ex Maria solũ editũ asseuerat. Illi præterea anathemati addicatur, qui duos filios esse affirmant, vnũ ante secula, & alterum post carnem ex Maria sumptam. Anathema etiam illis adiudicauimus, qui asserunt, quod in carne humana verbum dei loco animæ rationis participis habitauit. Nam idem ipsum dei verbum non animæ rationis & mentis compotis locum in corpore quod sibi sumpserat, obtinuit, sed nostram animam, hoc est ratione & mente præditam, expertem

THEODOR. HISTOR.

expertem tamen peccati, accepit, seruauitque. Denique sit
 illis inflicto anathema, qui dicunt uerbum dei productio
 ne & contractione à patre secerni, ipsumque essentiae exper
 te esse, aut morte interiturum sceleratè impieque prædicat.
 Eos autem, qui ab ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se
 transtulerint, usque eo sint à nostra cõmunionem alieni, quo
 ad ipsas ad vrbes redierint, in quibus erant primum ad ali
 quem honoris ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in
 alterius locum, qui sedem mutauit, cooptatus sit, tantisper
 à dignitate sacerdotali vacet ille, qui ciuitatem propriam
 deseruerit, dum qui ei successerit, obdormierit in domino.
 Si quis non dixerit, patrem semper esse, semper esse filiũ, &
 semper spiritũ sanctũ, anathema esto. Si quis negauerit filiũ
 genitũ à patre, hoc est, ex diuina eius essentia, anathema e
 sto. Si quis negauerit filium Dei perinde uerum Deum, ut
 pater uerus deus est, & omnia posse, omnia scire, patrique
 æqualem esse, anathema esto. Si quis dixerit filium Dei, cũ
 in carne uiueret, inque terris degeret ætatem, non in cœlis
 etiam cum patre fuisse, anathema esto. Si quis dixerit filiũ
 Dei, cum passus sit in cruce, & non in carne solum & animã
 rationis participi, quam accepit in forma serui, uti sacris li
 teris proditum est, sed in sua etiam diuinitate dolorem su
 stinuisse, anathema esto. Si quis negauerit uerbum dei pas
 sum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in car
 ne, & primogenitum ex mortuis fuisse, quatenus uita est, &
 deus author uitæ, anathema esto. Si quis negauerit eum in
 carne, quam sumpsit, sedere ad dexteram patris, in qua etiã
 uenturus est ad iudiciũ de uiuis & mortuis exercẽdũ, anathe
 ma esto. Si quis negauerit spiritũ sanctũ uerè & p̃prie ex pa
 tre esse, perinde atque filium ex diuina essentia, & deũ dei
 uerbum, anathema esto. Si quis dixerit Spiritum sanctum
 non perinde omnia posse, omnia scire, & ubique terrarũ ad
 esse, ut patrem, & filium, anathema esto. Si quis dixerit spi
 ritum sanctum creaturam esse, aut per filium factum esse,
 anathema esto. Si quis negauerit patrem omnia per filiũ
 incarnatum, & spiritum sanctũ condidisse, hoc est uisibilia,
 & inuisibilia, anathema esto. Si quis negauerit vnã patris, &
 filii, & spiritus sancti diuinitatem, auctoritatem, potestatem
 vnã, gloriam, dominatum vnũ, vnũ regnum, uolunta
 tem,

tem, & veritatē, anathema esto. Si quis negauerit tres veras personas esse, patris, filii, & spiritus sancti, semper viuere, oīa continere visibilia & inuisibilia, oīa posse, omnia iudicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricare, omnia cōseruare, anathema esto. Si quis negauerit spiritum sanctū ab omni creatura perinde adorādum, vt patrem & filium, anathema esto. Si quis de patre & filio rectē sentiat, de spiritu sancto autem non item, hæreticus est: quandoquidem omnes hæretici, qui de filio Dei, & de spiritu sancto prauē sentiunt, in Iudæorū & Gentilium infidelitate versari deprehendūtur. Si quis deitatē diuiserit, dixeritq; patrē Deū, filium Deū & spiritum sanctū Deum separatim, affirmaueritq; etiā deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiā, quam credimus, & agnoscimus, patris & filii, & spiritus sancti, cum sit vnus Deus in tribus personis, aut rursus ita exceperit filium & spiritum sanctum, vti patrē solum, Deum dici, aut non vnum credi Deum existimet, anathema esto. Nam nomen deorum & angelis, & omnibus sanctis à Deo donatum est. In patre & filio & spiritu sancto propter vnā æqualemq; diuinitatem non nomina deorum, sed nomen Dei nostri effertur & significatur: vt credamus, quod in patrem, & filium, & spiritum sanctum baptizati sumus, & non in nomina archangelorum, aut angelorum, sicut Hæretici, Iudæi, & Gentiles delirant. Hæc igitur Christianorum salus est, vt credentes in trinitatem, id est, in patrem, & filiū, & spiritum sanctum, & baptizati in eandē, credamus quoq; vnā in ea deitatem esse, vnā potentiam, vnā diuinitatem, & essentiam deniq; vnā.

De morte Gratiani & Maximi tyrannide.

CAPVT XII.

Ista quidem, dum vita adhuc Gratiano suppeteret, gesta sunt. Vbi autem is post res in bello præclare gestas, post ciuitates modestia & æquitate réperatas, ex insidiis interiit, nullo filio, hærede imperii relicto, sed fratre solum admodum adolescente, qui patris nomine appellabatur, Maximus quidam adolescentia Valentiniani (sic enim vocabatur) cōtempa, dominatū Occidentis per vim arripuit.

THEODOR. HISTOR.
*De Iustina Valentiniани coniuge, &
tensis contra Ambrosium insidiis.*
CAPVT XIII.

Per idem tēpus Iustina Valentiniани Magni cōiunx, & mater adolescētis, Arianæ doctrinæ semina, quæ olim exceperat, filio expromit. Nam fidei ardore mariti sui cognito, toto, quo ille vixit, tēpore hæc occultare studuit. Verūm cum filii sui animum mollem & flexibilē cerneret, errorem in mente sua delitescentem profert audacius. Adolelescens autem matris monita vsui sibi fore arbitratus (nam ad escam illecebris suis naturam delinientem, oculis mentis adiectis, lethalem hamum minime perspexit) primū cum Ambrosio hac de re communicat: ratus, si hunc ad suā perduceret sententiam, se alios perfacilē superaturum. At verò Ambrosius reuocat eum in memoriam pietatis paternæ, & vt hæreditatem, quam ab eo acceperat, integram seruet, cohortatur. Exponit ei præterea doctrinarum differentiam, & quomodo hæc cum doctrina domini, & apostolorum prædicatione consentiant, illæ legibus ecclesiæ spiritus sancti instinctu sancitis perspicuè repugnent. Adolelescens verò, vtpote adolelescens, & à matre errore cæcata incitatus, tantum aberat, vt Ambrosii assentiretur orationi, vt etiam iracundia inflammatus, ecclesiæ parietes turmis perditum, tum graui, tum leui armatura tectorum, circumsideret. Vbi autē fortissimū illum Christi bellatorē his rebus minime perterrefactum videt (eas enim pro laruis, quæ ad terrēdos adolescentulos obiici solēt, habebat Ambrosius) tandem bile cōmotus, palam dat ei mandatum, vt è sacris tēpli vestibulis egrediatur. Tum Ambrosius, nō sum istud, inquit, volens facturus, neque ouile ouium proditurus lupis, neque blasphemix authoribus sacrosanctum Dei templum traditurus: sed si libet me interficere, hic intus vel gladio, vel cuspidē hastæ confodito. Sum enim cupidē & libenter hanc cædem excepturus.

De iis quæ Maximus tyrannus Valentiniانو Iuniori significauit.

Cap.

CAPVT XIII.

Longo autem tempore post, vbi Maximus de facinore contra præclarissimū veritatis præconē Ambrosium per Valētinianum admissio certior factus est, scribit ad Valētinianum literas: hortaturque vti tum à bello contra pietatem faciendo desistat, tum ne paternam pietatem prodere moliat. Postremò minatur bellum, si non obtemperet, se contra eum suscepturum. Atque quod literis significauerat, factis certè præstitit. Nam collecto exercitu, Mediolanum, vbi ætatem agebat Valētinianus, maturrè contendit. Cuius aduentu cognito, Valētinianus fugit in Illyricum: iam edoctus experientia, quid cominodū sibi maternum attulisset consilium.

*De iis qua eadem de re à Theodosio
Imperatore scripta fuerint.*

CAPVT XV.

Theodosius autem omni laude cumulatus imperator, cum certior factus esset tam de rebus ab adolescente Valētiniano imperatore gestis, quā de tyranni Maximi literis, scribit ad Valētinianum, qui in Illyricum profugerat, non debere eum mirari, quòd sibi imperatori terror incussus fuerat, & robur tyranno adiunctum. Nam imperatorem pietatem armis oppugnasse, tyrannum autem eandem defendisse. Atque illum hac prodita, inermem in fugam cōiectum: hunc ea velut armis munitū, eum illa nudatum deuicisse, pietati enim eius legislatorē fauere. Ista quidē cū longè à Valētiniano abesset, scripsit Theodosius. Atque simul vt accepit de fuga Valētiniani, venit ei subsidio: illumque iam è proprio imperio eiectum, & ad suam ditionem accedentem conspicatus, primūm animo eius adhibet curationē, impietatis morbum altius insitum euellit, & ad pietatem paternam reducit. Deinde iubet bono animo esse: contra tyrannum bellum gerit: sine sanguinis effusione adolescenti restituit imperium: & tyrannum interficit. Nam rem iniustam se facturū putauit, & fœdera cū

THEODOR. HISTOR.

Gratiano pacto violaturum, si non pœnas de interfectori-
bus eius expeteret.

De Amphiloquio Iconii episcopo.

CAPVT XVI.

POst Theodosii illinc reditum, Amphiloquius ille ad-
mirabilis, cuius sepius à me iam facta est mentio, ac-
cessit oraturus imperatorem, vti ex urbibus Arianorū
conuentus eiiciat. At imperator postulationem illam ni-
mis sœueram & inhumanam arbitratus reiecit. Sapientissi-
mus igitur Amphiloquius, re ad tempus tacita, aliam ratio-
nem ad id, quod volebat obtinendum, eamq; planè memo-
rabilem excogitauit. Nam cum alio tempore fortè intra
palatium esset, videretq; astantem imperatori filium suum
Arcadium, qui nuper imperator creatus fuerat, ipsum im-
peratorem Theodosium, vt mos est, salutauit ille quidem,
sed filium sine honore dimisit. Imperator autem ratus Am-
philoquium oblitum officii, iubet ad filium accedere, eūq;
osculari. At Amphiloquius respondit, satis esse, quod ei
honorem habuerat. Itaque Theodosius rem acerbè & gra-
uiter ferens, probum filio obiectum, iniuriæ loco sibi ipsi
illatæ numerauit. Tum sapientissimus Amphiloquius, de-
clarans imperatori quòd animo instituebat, contenta voce,
vides, inquit, ò imperator, quàm agrè ignominiam filii tui
patiare, imò verò illis, qui in eum insultant, vehemèter suc-
censes. Credas igitur mihi velim, huius vniuersitatis re-
ctorem Deum, eos, qui contra filium suum vnigenitum lo-
quuntur blasphemias, itidem detestari, & tanq; ingratos er-
ga seruatore & patronum suum odio prosequi. Cuius in-
stitutum cum hoc pacto intellexisset imperator, facta eius
dictaq; simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ
vetabat conuentus ab hæreticis agi. Verùm omnes com-
munis humani generis aduersarii tédiculas vitare nò adeò
facilè est. Nam qui morbum intemperatiæ effugerit, idem
auaritiæ laqueo irretitus tenetur. Quod si ab illo etiam vi-
tio sit victoriam consecutus, ex altera parte patet inuidiæ
vorago ad eum absorbendum parata: sin autè hanc quoq;
transilierit, reperiet rete sibi obiectum iracundiæ. Alias de
niq; pedicas tendit; diabolus hominibus propè infinitas,
quibus

quibus eos illaqueatos ad exitium perducatur. Habet quoque corporis perturbationes inferuientes machinis, quas contra animos hominum fabricatus est. Sola autem mens sua vigilantia reportat victoriam: & inclinatione, qua in rerum diuinarum amorem propendet, impetum machinarum diabolicarum frangit. Quapropter admirabilis iste imperator, humanæ naturæ particeps, à perturbationibus minimè vacuus fuit: quippe immoderata animi concitatione cum iusta iracundia coniuncta impulsus, facinus crudele & nefarium commisit. Quod quidem ad legentium vtilitatem hoc loco commemorabo. Nam eiusmodi profectò est, ut imperator iste admirabilis ob id tum in crimen meritò vocari, tum contra summa laude ac prædicatione efferri debeat.

De cede Theſſalonica facta, & Ambrosii episcopi in iurgando libertate, & imperatoris pietate. CAP. XVII.

Theſſalonica vrbs est amplissima illa quidem, & multis hominibus frequentata: quæ tamen subiecta est ditioni Macedonum, præ cunctis tamen urbibus Theſſaliæ, Achaïæ, & aliarum gentium plurimarum, quas præfectus Illyriæ moderatur, primas obtinet. In hac, cum forte seditio concitata esset, magistratus aliquot obruti lapidibus fuere, & grauius contumeliis vexati. Quibus rebus nuntiatis, imperator bile accensus, flammam ne cuique repressit iracundiæ, neque freno rationis eius impetum cohibuit, sed illius arbitrio permisit pronuntiandæ sententiæ de supplicio Theſſalonicensibus irrogando potestatem. Iracundia igitur hanc authoritatem nacta, velut tyrannus omnia suo nutu gubernans, ruptis habenis, & iugo rationis excusso, gladios iniquè contra omnes distinxit, & infantes pariter cum fontibus trucidauit. Nam septem hominum millia, uti ferunt, interfecta fuere: in qua occisione non iudicium antecesserat, neque authores tam horrendi facinoris iusta & legitima sententia condænati, sed omnes simul, veluti spicæ, in messe desectæ, concisi fuerunt. Hac miseranda & lugubri calamitate cognita, Ambrosius ille, de quo supra diximus imperatori Me-

THEODOR. HISTOR.

diolanum aduentanti, & in sacrum templum ingredi cupienti, extra sacra vestibula obuiam procedit, vetatque in templum intrare, & his fere verbis eum affatur:

Est verisimile, ò imperator, te ignorare cædis abs te perpetratæ magnitudinem, neque post sedatam iracundiam, ratione admissum facinus peruidere. Nam imperatorius fortasse principatus peccatum agnoscere non finit, sed potestas offundit rationi caliginem. Verùm quæ sit natura nostra, & quàm fragilis ac fluxa, considerandum est, & in auitum puluerem, ex quo orti sumus, & in quem recasuri, acies mentis intendenda, neque ipse splendore purpuræ deceptus, corporis illa operti imbecillitatem ignorare debes. Quinetiam illis imperas, qui & eiusdem sunt naturæ participes, atque adeo conferui. Vnus enim dominus omnium & rex, huius vniuersitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intuebere templum illius, qui est omnium dominus, quibus pedibus sanctum illud solum calcabis? Qui, quæso, manus iniusta cede & sanguine resperfas, extendere audes, & eisdem sacrosanctum corpus domini accipere. Aut quomodo veneradum eius sanguinem ori admouebis, qui furore iræ iubente tantum sanguinis tantum iniquè effudisti. Recede, igitur, & ne conare nouo scelere, scelus antè editum augere: sed capesse vinculum, quo vt ligeris, dominus omnium cœlitus sententiam dat.

Quod quidem vinculum vim habet, & morbum animi depellendi, & te ad sanitatem restituendi. Huic orationi obsecutus imperator (nam diuinis educatus eloquijs, accuratè norat, tum quæ essent officia sacerdotum, tum quæ regum propria) cum gemitu & lachrymis ad palatium reuertitur. Atque longo temporis spatio dilapso, (ocho enim menses iam præterierant) Seruatoris natalitia fuere celebrata. Imperator autem confidet in palatio, lætissis se dedens, & magnâ vim profundis lachrymarum. Quod cum animaduertisset Ruffinus, qui tum magister aulae fuit, magnaque apud imperatorem authoritate, vtpote familiaritate ei coniunctior, ad illum accedit: rogat causam fletus. Tum imperator lugens acerbius, & maiorem in modum flens, tu, inquit, Ruffine, ludis. Nam quantis ipse
in ma-

in malis verser, non sentis. Ego verò gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector, quã facilis aditus ad sacrum templum seruis & medicis pateat, liberq; illis ad dominum suum deprecandum detur introitus, mihi autem non modò ad illum locum, verùm etiam ad cœlum ipsum accessus præclusus sit. Nam venit mihi in mentem sententiã à domino prolata, quæ palam dicit.

Quemcunq; ligaueritis super terram, erit ligatus & in cœlis. Cui Ruffinus, curram, inquit, si placet, ad episcopum, ei supplicabo, persuadeboq; vt tua soluat vincula. At non est, inquit, imperator, tibi morem gesturus. Noui enim adeò iustã æquãq; Ambrosii esse sententiã, vt non metu potestatis imperatoriæ sit legem diuinã violaturus. Verùm cum instaret Ruffinus, pollicereturq; se Ambrosio persuasurum, imperator iubet properè abire: ipseque falsa spe inductus, & Ruffini confisus promissis, paulò post sequitur. Vt primum autem Ruffinum Diuus vidit Ambrosius, videris mihi, inquit, Ruffine canum impudentiam imirari. Nam tamen si tuo suasu tam crudelis facta est cædes, tu tamen ita perfricisti os, vt nec pudeat, nec pigeat tanta rabie contra imaginem Dei insanuisse. Vbi verò Ruffinus obnixè eum orauerat, dixeratq; imperatorem breui eò venturum, Sanctus Ambrosius diuino zelo accensus, ego, inquit, Ruffine, prædico me illum ab introitu sacri vestibuli prohibiturum. Quòd si imperium mutarit in tyrannidem, cædem lubens equidem excipiam. Quibus auditis, Ruffinus imperatori per internuntium significat, hortaturq; vt maneat in palatio.

Quæ cum imperator in medio foro accepisset, eo, inquit, illuc nihilominus, quò iustas debitasq; contumelias sub eam. Vbi verò ad sacros templi parietes aduenit, non ingreditur in templum ille quidem, sed ad episcopum, qui in ædícula saluatoria sedebat, accedens, obsecrat, vt vincula sibi soluat. At Ambrosius eius aduentum dixit esse tyrannicum, eumq; ipsum contra Deum insanire, & illius leges proterere. Tum imperator, non obstinato animo, inquit, leges sancitas impugno, neq; sacra vestibula per nefas introire cupio, sed oro, vt mihi soluas vincula,

THEODOR. HISTOR.

& proponas tibi ante oculos clementiam illius, qui est dominus omnium, & ne mihi occludas ianuam, quam ille omnibus, quos peccatorum suorum pœniteat, patefecit. Cui Ambrosius, quam tu, inquit, pœnitentiam, post tam graue scelus admissum, ostendis? Quæ medicamenta ad vulnera tam difficilia curatu sananda adhibuisti? Tuum est, inquit Imperator, medicamenta ostendere, eaq; temperare, & vulnera, quæ ægrius curantur, obligare: meum autem, quæ sunt adhibita, accipere. Tum Diuus Ambrosius, quoniam, inquit, iracundiæ permisisti iudicium, & non rectæ rationi, sed animo irato obsecutus, sententiam pronunciaſti, cōscribe legem, qua deinceps sententiæ per iracundiã pronuncia-
tæ irritæ sint & nullius momenti: cognitionesque causarū de cæde, & publicatione bonorum ad triginta dies scriptis prodire maneat, uti recta ratione de illis iudicium des.

Atque diebus illis confectis, qui decreta illa scripserint, mā data tua tibi ostendant. Ac tum quidem compressa iracundia, ratione sola causam expendens, inquires in decreta, & ita perspicies iniqua ne sint, an æqua. Quod si iniqua deprehenderit, certum est ea decreta scriptis mandata te dilaceraturum: sin æqua, confirmaturum, sicq; manifestò intelleturum, numero dierum interiectarum, nihil de autoritate decretorum rectè sancitorum omnino detractū esse. Istud consilium imperator, quoniam prudentissimum esse censebat, libenter amplexatus, iubet extemplo legem conscribi, suaque subscriptione confirmat. Qua re confecta, Diuus Ambrosius eius vincula soluit. Itaque imperator fidelissimus in sanctum templum ingressus, non stans dominū precatus est, neque genibus flexis, sed pronus humi abiectus, versum illum Davidis recitauit: Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum: atque capillum manibus lacerans, frontem ferire, lachrymarum guttis solum rigare, veniamque supplex petere cœpit. Vbi autem tēpus postulauit, ut dona sacræ mensæ offerret, surgit, atque non minorem lachrymarum vim, quàm antea, effundens, in sanctuarium ingressus est. Cum verò dona, uti solebat, obtulisset, intus prope cancellos mansit. At rursus magnus ille Ambrosius non conticuit quidem, sed locorum differentiam eum docuit. Ac primum sciscitatur, ecqua re egeret. Et cum

Psal. 118

cum respondisset imperator, se expectare diuinorū mysteriorum perceptionē, significauit illi per primarium diaconum, qui ei ministrabat, ad loca interiora solis sacerdotibus aditum patere, eademque aliis omnibus inaccessa esse, nec debere tangi. Iubet igitur, vt exeat, & cum reliquis laicis consistat. Nam purpura, inquit, imperatores, non sacerdotes efficit. Quam admonitionem itidem excepit lubēs imperator fidelissimus: responditque se non animi confidentia inductum, mansisse intra cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse. Quare habeo, inquit, etiam pro hac medicina gratiam. Tantis & tam eximiis virtutis ornamentis enituit, tum episcopus, tum imperator. Vtrunq; enim admiror, alterum propter ingenuam loquendi libertatem, alterum propter facilem obedientiam, & illū propter diuini zeli ardorem, hunc autem propter synceram fidem. Imperator autem pietatis præcepta, quæ ab illustri illo episcopo didicerat, etiam cum reuertisset Constantinopolim, obseruauit. Nam cum diuino quodam festo ad templum denuo veniret, statim vt dona sacræ mensæ obtulerat, exiuit. Atque cum Nectarius, qui id temporis illius ecclesiæ antistes fuit, rogaret, cur non maneret intus, gemens, inquit, ægrè tandem didici, quid inter imperatorem intersit, & episcopum: egrè tandem repperi veritatis magistrum. Nā solum Ambrosium noui episcopum, dignum eo nomine. Tantum commodi reprehensio à viro virtute præstanti adhibita secum apportare solet.

De Placilla Imperatrice. CAP. XVIII.

ALia porrò causa suppetebat huic imperatori, ex qua similiter vtilitatis percepit non parum. Nam coniūx eius nunquam destitit diuinas leges et in memoriam redigere, seque primum eisdem accuratè ipsa erudierat. Si quidem ea non imperatorio principatu se insolenter extulit, sed diuinum, quo flagrabat, desiderium augere studuit. Quippe beneficij magnitudo amorem erga dominum multò reddidit ardentiorē. Itaq; ad eos subleuādos, qui mutilata corpora, membraque omnia labefactata haberent, nihil

PP 5 non

THEODOR. HISTOR.

non diligentia & cura adhibuit, atque ad eam rem non ser-
uorum, sed stipatorum opera usa est, sed illa ipsa hoc fungi mi-
nisterio, adire eorum hospitia, & singulis necessaria suppe-
ditare voluit. Simili quoque ratione ecclesiarum hospitia
visere, aegrotis in lecto decumbentibus curationem adhibe-
re, tractare ollas, iusculum gustare, patinam illis deferre, fra-
gere panem, offas porrigere, eluere pocula, omnia denique
alia munera obire, quae serui & ancillae exequi solent.
Atque illis, qui eam ab hoc genere ministerij auocare stu-
derent, respondit, aurum distribuere decere imperato-
rem: se autem pro ipso imperio ei, qui id ipsum dede-
rat, illam operam offerre debere. Quinetiam percrebro
solet marito dicere: semper te, mi vir, oportet cogitare,
qui olim fueris, & qui iam sis. Ita assidue animo com-
plectens, non te ingratum ostendes erga patronum, sed
imperium, quod suscepisti, iuste & legitime gubernabis,
atque eo rite administrando eum, qui ipsum donauerit,
auguste sancteque coles. Eiusmodi sermonibus semper cum
viro habitis, semina virtutum animo eius mandata, pra-
clarissime commodissimeque rigauit.

De seditione Antiochia suscitata.

CAPVT XIX.

Ista quidem ante virum migravit à vita: post cuius mor-
tem, non ita diu, facinus quoddam fortè fortuna com-
missum accepimus, quod incredibilem amorem impera-
toris, quo eam complexus est, perspicue patefecit. Impera-
tor crebritate bellorum coactus, nouum quoddam & pere-
grinum tributi genus ciuitatibus imposuit: quod quidem
Antiochia non tulit, sed plebs, cum videret eos, à quibus
exigebatur tributum, propter inficiationem suspendi, cum
alia patrat maleficia, quae multitudo imperita occasionem
seditionis nacta, patrare solet, tum statuam aeneam omni
genere laudis exornandae Placillae (id enim nomen im-
peratrici fuit) deturbat, & per magnam vrbis partem tra-
hit. Quibus auditis, imperator, vt par erat, grauiter com-
motus, omnia priuilegia vrbis illi adimit, & principatum Lao-
diceae

diceæ vicinæ ciuitati tribuit. Quippe istud Antiochenos ægerrimè laturos (Nam Laodicenses ab antiquis iam temporibus aduersus Antiochenos graui inuidia exarserant) existimauit. Postremò se urbem incensurum, penitusque vastaturum minatur, atque adeo in pagum redacturum.

Porrò magistratus quosdam, in illo audaci facinore deprehensos, prius interfecerunt, quàm de ipsa tragica clade imperator certior factus esset. Imperator autem, quanquam omnia quæ fuerat minatus, imperauit fieri, tamen lex, quæ hortatu magni illius Ambrosii lata erat, obstabat, quo minus fierent. Vbi verò nuncij, qui vrbi imperatoris minas exponerent, eò adueniunt, nempe Elebechus, id temporis dux exercitus, & Cæsarius præfectus palatij, quem Romani magistrum aulæ vocant, omnes minis illis perterriti in magno metu erant. At virtutis athletæ, qui ad montis radices habitabant, quique permulti erant, & viri optimi, hos duos & monere & hortari cœperunt.

Ex quorum numero fuit sanctissimus Macedonius, virtutum rerum, quæ in communi vita geruntur, inscius, tum literarum sacrarum prorsus ignarus. Iste in montium verticibus vitam agens, noctes diesque omnium seruatori synceras preces offerre solet: qui neque imperatoris violentiam pertimescere, neque de potestate eorum, qui missi erant, laborare visus est, sed in media vrbe, prehensio alterius pallio, ambos ex equis descendere iubet. Illi verò cum viderent senem statura exigua, pannis sordidis amictum, primò indignari quidem: Sed vt primum à quibusdam eorum, qui antecederant, viri illius virtutem didicerant, desilire de equis, illius genua amplecti, veniam denique petere cœperunt. Macedonius diuina imbutus sapientia, tali oratione eos compellat.

Dicite, viri charissimi, imperatori hæc verba: Non solū imperatorem esse, verum etiã hominem. Itaq; ne oculos tantummodo ad imperium adijciat, sed suã ipsius naturam mente complectatur. Nam cum homo sit, illis imperat, qui sunt eiusdem naturæ participes. Humanam autem naturam ad imaginem & similitudinẽ dei fabricatã esse. Quare ne tam crudeliter & inhumanè imaginem Dei è medio tolli iubeat. Nam bilem mouet opifici, cum eius imaginem
contu-

THEODOR. HISTOR.

contumeliose tractet. Consyderet enim quàm iniquo animo tulerit ipse æneam coniugis imaginem contumelia affectam esse, se tamen in imaginem dei contumeliosum esse non dubitare. Ac quantum intersit inter imaginem inanimam & animatam, viam, & rationis compotem, omnibus, qui sunt mente præditi, perspicuum est. Illud præterea secum cogitet, nobis perfacile esse, pro vna ænea imagine, multas fabricari, sed eum non omnino posse facere vel pilū vnum illorum, qui interfecti sunt. Hac audita oratione, viri illi admirabiles eam ad Imperatorem retulerunt: qua cum eius iracūdiæ flamma restincta esset, prominis, quas iactauerat, scripsit literas, quibus se purgaret, iræque causam in illis exposuit. Non oportebat, inquit, si quid à me peccatum esset, coniugem, mulierem summis laudibus meritò decorandam, post mortem tantam contumeliam subire, sed si qui mihi succensuissent, in me furentis animi impetus conuertisse debuerant. Adiunxit etiam se acerbè tulisse, & valde animi discruciatum esse, cum intellexisset quosdam à magistratibus trucidatos fuisse. Ista quidè à me sunt propterea commemorata, quòd tum iniquum putabam, vt libertas loquendi à Macedonio monacho lōgè præstantissimo vsurpata, obliuione deleteretur, tū perutilè illam legem magni Ambrosii suasu conscriptam, omnium oculis subiicere cupiebam,

De Idolorum delubris vndequaq; dirutis.

Caput XX.

HIS confectis rebus, Impetator fidelissimus omne suum studium ad errorem Gentilium euertendū trāstulit, legesque promulgauit, quibus imperatum erat, vt simulachrorū fana diruerentur. Nā Cōstantinus magnus omnib⁹ laudis p̄conijs meritò efferendus, qui primus imperiū vero dei cultu exornare studebat, vidēs adhuc orbē terrarū cæco errore furentē, tametsi vetuit omnino dēmonib⁹ immolare hostias, non tamen eorum delubra demolitus est, sed mandatū solū dedit, ne quisquam ad ea accederet. Quinetiam istius filij sunt paterna diligenter persecuti vestigia

vestigia. Iulianus autē impietatem renouare, & flammā veteris fraudis iam pridem extinctam de integro accēdere laborauit. At cōtra Iouianus imperio potitus, simulachrorū cultum omnino vetuit. Valētinianus quoque ille magnus, eisdem legibus Europā præclare gubernauit. Caterū Valens sicut alijs omnibus permisit potestātē eam quam vellēt religionem amplectēdi, & eos colēdi Deos, quos ipsi pro Deis haberent, ita aduersus solos doctrinē apostolicę propugnatores bellum continenter gessit. Itaq; toto tēpore, quo ille regnabat, ignē in aris accendere, libamenta, & hostias simulachris immolare, celebrare quoque in foro epula, Gentiles non destituerunt: quinetiā mysteriis Bacchā initiati, cū scutis cursitare, dilacerare canes, furere, bacchari, alia denique agere, quæ magistri sui improbitatem satis apertē declarabant. Quæ omnia cum fidelissimus imperator pro certo comperisset, extirpauit radicitus, & sempiterna obliuione obruenda curauit.

*De Marcello Apameorum episcopo & fano Iouis
ab eo deiecto. CAP. XXI.*

ATque ex episcoporum numero Marcellus, vir in rebus omnibus longē præstātissimus, lege, tanquā machinā bellica, omnia delubra vrbis, cuius episcopatū ipse ad ministrabat, prorsus expugnauit. Qua in re gerenda fiducia in Deū potius, q̄ multorum hominū manu adiutus est. Atq; hoc loco facinus ī primis memorabile ab eo factū narrabo. Vbi Ioānes, episcopus Apameæ, cuius antē feci mentionē, mortem obierat, in eius locum diuinus Marcellus, vir spiritu, vt apostoli præceptio vult, efferuescēs, substitutus est. Venit fortē Apameam præfectus Oriētis, duobus ducibus eū duobus hominū millibus comitatus. Qui quidē, plebe propter metum sibi à militibus iniectum quiescente, delubrum Iouis, quod amplissimum fuit, & multis ac variis ornamentis illustratum, deturbare aggreditur. Verū cum structuram eius valde solidam & firmē compactam cerne-
ret, existimauit lapidum coagmentationē nullo modo posse dissolui. Nam lapides erant grandissimi, arcte inter se iuncti, et ferro præterea ac plumbo colligati.

Rom. 12.

Qua re

THEODOR. HISTOR.

Qua re prefectū deterritum cum videret diuus Marcellus, eum ad alias vrbes amandauit, ipseq; Deum impensè precatus est, vt viam sibi ad illius delubri euersionem aperiret. Itaque primo mane, vir quidam, qui neq; architectus, neq; lapidarius fuit, neq; vllam aliã artē nouit, sed lapides & ligna humeris portare assueuerat, sua spōte eo venit. Qui vt accessit, pollicitus est se delubrum facillime demoliturum, solumq; mercedem postulauit, qua duos opifices cōduceret. Quam simul atque sanctus episcopus ei daturum promiserat, eiusmodi quiddam excogitauit homo ille. Delubrum habebat porticum quadratã erectã in sublime, sibiq; adiunctã. Hanc sustentabant columnæ maximè pares proportione ipsi templo: ambitus autem cuiusq; sedecim cubitorum fuit. Lapis, ex quo erant fabricatæ natura durissimus, nec facile lapidiorum instrumētis cedens. Quarum singulas cum vndique suffodisset ille, & ædificia illis innixa tignis oleagineis suffulisset, ad aliud eodē modo transijt. Nam tribus columnis ad hunc modum suffosis, iniicit tignis flammam. Verum dæmon quidam ater apparens, tigna, vt eorum fert natura, igne absumi non patitur, sed impetum flammæ cohibet. Vbi vero istud sapius egerant, videbantque machinam illam frustra admotam, episcopo sub meridiem fortè dormienti rem indicant. Ille confestim ad sanctum Dei templum properè contendit, aquam in vase afferri iubet, quam sub sacrosancto altari ponit. Ipse autem humi in faciem prostratus, dominū benignum & clementem precatur, ne tyrannidem dæmonis longius serpere permittat, sed tum eius patefaciat imbecillitatem, tum suam ipsius potentiam ostendat, ad eum finem, vt infidelibus nulla maioris cæcitatē inde detur occasio.

Hæc & alia his similia locutus, cum aquam signo crucis signasset, Equitium, vnum ex diaconis, fide & pietatis studio egregiè munitum, aquã iubet accipere, ocyus ad delubrum currere, & cum fide eam spargere, tignisque flammam adhibere. Qua re confecta, dæmon aquæ asperse vim non ferens, penitus aufugit. Ignis autem aqua suæ naturæ maximè aduersaria, velut oleo fatus, tigna occupat, eaque momento temporis prorsus absumit. Itaque columnæ,
basi sub

basi sublata, corruunt, aliasq; duodecim secum deijciunt. Ipsum præterea templi latus columnis cohærens, violento illarum casu pariter derurbatum est. Cuius ingenti fragore tota adeo personabat ciuitas, vt omnes ad ipsum illud delubrum spectandum concurrerent. Atque simul vt intellexere dæmonem infestum fugatum esse, hymnorum concentu, vno ore omnes celebrarunt. Eodem modo sanctus ille episcopus, alia quoque simulachrorum sana demolitus est. Quanquam alias res ab isto viro cum maxima omnium admiratione gestas narrare possum (etenim literas tum ad inuictos Christi martyres dedit, tum recepit ab illis vicissim, tum denique corona martyrum ipse donatus est) tamen has in præsentia narratione supersedeo, ne cum nimis sim longus, afferam lectoribus fastidium. Quare ad aliam rem gestam commemorandam sermonem conuertam.

*De Theophilo Alexandrino episcopo, & qua
illic in Idolorum demolitione gesta fue-
runt. CAP. XXII.*

AThanasio illi multorum celebrato sermonibus Petrus, vir plane admirabilis, successit. Petro autem Timotheus: Timotheo Theophilus, vir cum summa prudentia, tum animo valde excelso præditus. Cuius opera vrbs Alexâdria errore in simulachris colédis liberata est. Nam non modò simulachrorum delubra, concussis eorum fundamentis, diruit, verùm etiam subdolas sacerdotũ veteratorũ machinationes eorũ oculis, quos in fraudẽ deduxerant, subiecit ad contemplandum. Etenim sacerdotes isti statuas, quarum pars æneæ, pars ligneæ fuerũt, cauas introrsus effecerant, tergaque earũ parietibus affigentes, vias quasdam latentes & obscuras per ipsos parietes ad illas diduxerant. Deinde per adyta fanorum in eas ingressi vias, se in statuas ipsi abdiderant, indeque velut ex statuarum ore, quæ libitum ipsis erat, imperarunt. Quibus auditores circumuenti, imperata fecerunt. Has igitur sapientissimus episcopus demolitus, sacerdotũ præsi-

THEODOR. HISTOR.

præstigias, populo ab illis decepto aperuit. Porrò autem in fanum Serapidis, quod omnium, quæ erant in toto orbe terrarum, amplissimum, ut fertur, & pulcherrimum fuit, ingressus, vidit statuam adeo immani magnitudine, ut spectatores ea vehementer perterrerentur. Et præter magnitudinem, falsus quidam rumor affictus fuit, terræmotum, si quis ad eam propius accederet, suboriturum, exitiumque; omnibus inde allatum iri. At verò episcopus hunc rumorem nihil aliud esse, quàm anicularum ebriarum delirationem arbitratus, sprete magnitudine statuæ, utpote inanimæ, dat mandatum cuidam, qui securim habebat, ut alacri ac prompto animo Serapidem feriat. Qui cum statuam percussisset, conclamare omnes, veriti nimirum rumorem vulgò iactatum. At Serapis, accepta plaga, neque dolere, quia ligneus, neque vocem emittere, quia inanimus fuit. Postea verò quàm caput illi abscissum est, mures ex interiore corporis parte gregatim excurrere. Quippe Aegyptiorum deus murum domicilium fuit. Trunco autem statuæ in minutas partiuculas dissecto, hæ in rogam coniciuntur. At caput, inspectantibus illis, qui statuam illam coluerant, imbecillitatemque; dei sui deridentibus, per vniuersam urbem raptatur. Hoc modo igitur dæmonum delubra terra marique solo fuere æquata.

De Flauiano Antiocheno episcopo, & Occidentalium partium propter Paulinum seditione. CAP. XXIII.

Flauianus verò, qui vnà cum Diodoro in multa atque ardua certamina pro ouium Christi salute descenderat, in præfulatu Antiocheno Magni Meletii successor fuit. Atque cum Paulinus ecclesiæ administrationem capessere vellet, cætus sacerdotum restitit: dixitque eum, qui consilium Meletii repudiauerat, post mortem eius, non debere illius sedem occupare: imo verò qui multis ac præclaris nobilitatus erat laboribus, & quàm plurimis periculis se proouibus obtulerat, eum pastorem creandum esse. Quæ res Orienti tum à Romanis, tum ab Aegyptiis odium valde diuturnum peperit. Nam ne Paulino quidem iam mortuo, similtas compressa est, sed cum Euagrius eius sedem post illum

illum obtinuisset, non destiterunt inimicitias cum Magno Flauiano exercere, idque cum Euagrius contra legem ecclesie designatus esset. Quippe solus Paulinus eum ordinauerat: in qua re complures simul canones violauit. Siquidem canones neque faciunt potestatem cuiquam iam mortem appetituro, quenquam in locum suum sufficere: atque omnes prouincie episcopos iubent in unum ad eam rem conuocari. Quinetiam vetant rursus quenquam absque tribus episcopis, episcopum constitui. Attamen horum nihil scire cupientes, Euagrii communionem sunt illi quidem amplexati, imperatorisque animum contra Flauianum incitare obnixè studuerunt. Nam cum imperatori nimis acriter instando multum sæpe exhibuissent molestiæ, accersit eum Constantinopolim, & Romam proficisci iubet. At Flauianus respondet huiusmodi iam esse. Itaque pollicitus se ineunte vere imperata facturum, in patriam reuertit. Sed episcopi Romani, non Damasus solus ille admirabilis, verum etiam post illum Syricius, & Anastasius Siricij successor, vehementius in imperatorem inuecti essent, dixissentque eum illos, qui tyrannidem contra se exercere molirentur, opprimere, sed his qui per tyrannidem Christi leges euertere studerent, impunitatem concedere, eum accersit denuo imperator, Romamque ut contendat, cogere laborat. Tum sapientissimus Flauianus libere ei non sine maxima omnium laude respondet: Si qui me, o imperator, ut fidem minimè synceram ac sanam profitentem insimulent, dicantve vitam me traducere indignam sacerdotio, cum illis ipsis iudicibus utar, tum pronunciatam ab eis lubens subibo sententiam: si autem de sede & præfulatu digladiantur, neque agam cum illis iudicio, neque his, quos eam dignitatem adipiscendi studium tenet, aduerfabor, sed cedam equidem volens, meque ipse præfulatu abdicabo. Quare tu, cui libitum est, sedem Antiochenam tribuito. At verò imperator hanc eius animi magnitudinem & sapientiam magnopere admiratus, in patriam reuertit, & ecclesiam sibi commissam sedulo pascere iubet. Longo verò iam tempore intermisso, imperator Romam denuo aduentans, in idem crimen rursus ab episcopis vocatus est, quòd scilicet tyrannidem Flauiani non represserat. Tum imperator eos dicere iubet, quod sit tyrannidis genus.

qq

Nam

THEODOR. HISTOR.

Nā ipse, inquit, Flauiani partes suscipiā, & causam eius agā in iudicio. Cum autē illi respōderent, se nō posse cum imperatore iudicio disceptare, hortatur, vti deinceps concordiam in ecclesia constituent, dirimant lites, & inanis contentionis flammam extinguant. Nam Paulinum iam pridē è vita excessisse, & Euagrium contra leges ecclesiæ designatum fuisse episcopum: quinetiam omnes ecclesias Orientis Flauiano præfuli adhærescere. Atque præter eas, Asianam præterea diœcesim, Ponticam, & Threijciam cum eo communicare, eiq̃ue se addixisse. Illyriam porrò vniuersam agnoscere eum inter episcopos Orientis principatum obtinere. Huic hortationi obsecuti episcopi occidentis, promittunt se simultatem deposituros, & legatos, qui à Flauiano mitterentur, admissuros. Qua re intellecta, Diuus Flauianus episcopos quosdam illustrissimos, presbyteros etiam Antiochiæ, & diaconos Romam misit. In qua legatione principem locum tenebat Acacius episcopus Berceæ oppidi Syriæ, vir omnium ore ac sermone passim celebratus. Qui vnà cæteris Romā aduentans inimicitias ad decē & septem annos continuatas extinxit, ecclesiisq̃ue pacem restituit. Qua re audita, Aegyptii quoque, odio sedato, sunt concordiam amplexati. Id temporis Innocentius, successor Anastasii, ecclesiæ Romanæ antistes fuit, vir ingenij & prudentiæ ornamentis egregiè instructus: Alexandrinæ autem Theophilus, de quo supra meminimus.

De Eugenij tyrannide, & Theodosij Imperatoris ob fidei ipsius meritum victora.

CAPVT XXIIII.

AD hunc modum fidelissimi imperatoris opera, pax in ecclesiis cōstituta est. Ante quod tēpus idem imperator, cognita morte Valētiniani, & Eugenii tyrānide; in Europam exercitum traducit. Eodem tempore Ioannes quidam monasticum vitæ genus excolens, vixit in Aegypto: qui gratia spiritus sancti imbutus, sciscitantibus multas res futuras prædixit. Ad istum misit imperator nūtiū quæsitum, an bello (aiebat enim de eo fieri certior) cum tyrannis decertaret. Qui vtī prædixerat eum in priore

ore bello victoriam sine sanguine potiturum : sic in posteriore post multam hominum cædem superiores laturum præsignificauit. Qua spe inductus imperator, complures ex hostibus acie instructa telis confixit, multosque ex Barbaris, qui ei auxilio venerant, amisit. Ibi cum duces dicerent nimis paucos ad prælium de integro ineundum superesse, hortarenturque, vt bellum aliquandiu intermitteret, quò ineunte vere, exercitu collecto, hostes multitudine deuincerent, imperator fidelissimus eorum consilium repudiavit. Nam non committendum est, inquit, vt salutaris crux tantæ arguatur imbecillitatis, Herculisque statuæ tantû virtutis nostro testimonio tribuatur. Quippe vt crux nostrû exercitû, ita illa hostiû antecedit. Qua oratione cum tanta in Deo fiducia habita, cum copiæ relictæ & pauçæ admodû essent, & animis fractæ, sacra æde in vertice montis, vbi castra fecerat, reperta, totam noctem huius vniuersitatis gubernatorem precibus sollicitauit. Sub tempus autem noctis, quo galli cantare solent, somnus eum oppressit. Qui humi stratus, videre sibi visus est duos viros candido vestitu amictos equis albis vehi, qui ipsum bono animo esse, timorem abiicere, prima luce arma capere, & exercitum in aciem educere iubent. Nam se auxiliares & velut antesignanos ad eum missos esse, & alterum esse Ioannem euangelistam, Philippum apostolum alterû. Hac oblata visione, imperator preces fundere non desistit, sed attentiore cogitatione eas Deo adhibet. Eadem quoque visio militi secundum quietem apparuit, qui præfecto suo eam narrauit : ille eum deducit ad tribunum militum, tribunus autem ad ducem. Dux noui aliquid inde portenditur, imperatori significat. Tum imperator, non mea, inquit, causâ hæc oblata est visio (ipse namque illis, qui victoriam promiserant, fidem habui) sed ne quispiam existimaret me, vtpote prælii faciendi cupidum, eam confixisse. Huic igitur militi Deus mei imperii propugnator hanc obtulit visionem, vt mihi eandem narranti certum testimonium daret. Nam mihi primum communis omniû dominus illâ ostenderat. Quare omni metu præsumoto, antesignanos nostros, & principes belli gerendi sequamur: atque nemo bellantiû multitudine metiat victoriâ,

sed

THEODOR. HISTOR.

sed eorum potentiam, qui se duces nobis præbent, quisq; consideret. Hac oratione militum animis vadè confirmatis, omnes de monte deducit. Tyrannus autem, cum videret milites procul à se ad prælium ineundum paratos, ornat exercitum, & aciem instruit. Ipse verò colle quodam occupato, ait militibus suis, imperatorem iam quasi mori cupientem, & desiderio ex hac vita abeundi flagrantem prælio decertare. Dat igitur mandatum ducibus, vt eum viuum ad se & vinculis cōstrictum adducerēt. Postea verò quàm phalanges ordine locatæ erāt, satis animaduerti poterat, tum quàm ingentes hostium copiæ essent, tum quàm pauca cum imperatore in acie iungerentur. Cum autem tela vtrinque coniiici cœpta sunt, tum antesignani imperatoris verè promissa præstitere. Nam ventus violētus è regione hostibus irruens, illorum sagittas, iacula spiculaque in ipsos retorquet, adeò vt nullum teli genus eis adiumento fuerit, neque miles grauis armaturæ, neq; sagittarius, neque iaculator imperatoris exercitum lædere potuerit. Quinetiam tanta pulueris copia in eorum facies impetu ferebatur, vt palpebras occludere, & pupillas oculorum pulueris vi grauius oppugnatas tegere ac tueri eos coegerit. Impetatoris autem exercitus, nullo damno incommodòve ex illa turbine accepto, fidentibus animis hostes trucidant. Qui quidè, his rebus perspectis, & diuino auxilio quod imperatoris copiis allatum erat, cognito, abiectis armis, veniam ab imperatore supplices petunt. Ille autem flexit animum, & illorum misericordiã capit: iubet deniq; tyrannum celeriter ad se adduci. Illi igitur properè collè ascendunt, in quo tyrannus ignarus rerum iam gestarum confidebat. Qui cum eos anhelantes videret, ipsaq; anhelitus crebritate adueniendi indicantes celeritatem, victoriæ nuntios esse suspicatus est. Rogat num Theodosium, vt illis erat imperatum, vinctum adducerent. Cui illi, non eum inquit, adducimus ad te, sed te hinc ad eum abducimus. Hoc namque in mandatis dedit summus huius vniuersitatis moderator Deus. Quæ cū dixissent, ei è folio erepto vincula iniiciunt, abducunt vinctum, & qui paulò antè insolenter gloriatus fuerat, captiuum ad Theodosium deducunt. Imperator autem primùm iniuriarū in Valentinianum

& ninianū , impiè occupatæ tyrānidis eum in memoriā reuocat . Deinde bellorum contra imperium legitimum susceptorum causa cum irrisione reprehendit . Reprehendit etiam statuam Herculis , qua fretus tam audax temerariūq; facinus admiserat . Postremo iustā æquāq; de supplicio illi irrogando sententiam pronuntiat . Talem se Theodosius tum in pace, tum in bello præstitit : quippe semper diuinū implorauit auxilium, semperq; illud consecutus est.

De Theodosii Imperatoris morte .

CAPVT XXV.

HAc parta victoria , Theodosius in morbum delapsus, filiis imperium distribuit: ac maiori natu eam parrem, quam ipse rexerat, minori autē Europæ tradit gubernacula . Vtrunq; veram pietatem colere hortatur. Ea enim & pacem conseruari, bellum extingui, hostes in fugā verti, trophea erigi, & victoriam denique constare . Hac hortatione filiis adhibita, obiit mortem, cuius gloria sempiternæ memoriæ commendata est .

De Honorio Imperatore, & Telemacho monacho. CAP. XXVI.

Filij istius Imperatoris, sicut successores paterni imperii ita pietatis illius hæredes extiterunt . Nam Honorius Europæ potitus imperio, pugnas gladiatorias quæ Romæ olim fieri consueuerant, tali inductus occasione sustulit . Telemachus quidam vitam excolens monasticam, profectus ex oriente , hac de causa Romam contendit . Ac dū sceleratum illud edebatur spectaculum, in stadium ipse ingreditur, atq; ad gladiatores descendens , mutuan inter eos dimicationem sedare nititur . Itaque crudelis cædis spectatores accēsi iracundia , & à dæmone, qui ex illa sanguinis effusione voluptatem capiebat, ad furorem impulsī, pacis authorem lapidibus obruerunt . Qua re cognita , Imperator admirabilis Telemachum in martyrum inuictorum numerū ascripsit , crudele autem illud spectaculi genus penitus sustulit.

THEODOR. HISTOR.

*De Arcadii imperatoris pietate, & Ioannis Chry-
sostomi ordinatione. CAP XXVII.*

Constantinopoli autem, mortuo Nectario, qui illá gu-
bernat ecclesiá, Arcadius, cui illa imperij pars obue-
nerat, cum Ioanné, eximij orbis terrarú luminare An-
tiochiæ in cœtú presbyterorú ascitú intellexisset, accersit
ad se, & ab episcopis in vnú cõuocatis contendit, vt eú cõ-
secrent episcopū, & præclaræ illius vrbis pastorem consti-
tuant. Hoc vno argumêto imperatoris erga res diuinas stu-
dium satis declarari potest. Per idê tempus Antiochiæ an-
tistes fuit Flauianus, Laodiceæ autê Elpidius, qui vixerat
vna cû magno Meletio, eiusque vitæ rationem accuratius
repreſentauit, quã cera formas ab anulis in ea impressas so-
let. Iste magno Pelagio successit: Diuo autê Marcello suc-
cessit Agapetus, vir cû primis excellens, quẽ tempore, quo
hæreticæ ingruiebant procellæ, in palettra monastica mag-
nam laudem adeptum supra demonstraui. Seleuciæ autem
ad radices montis Tauri sitæ episcopus, Maximus fuit Io-
annis illius illustris condiscipulus: Mopsuestiæ Theodo-
rus. Ambo doctores erant insignes. Diuus porrò Acacius
cum prudentia, tum vitæ ratione clarus, Ecclesiam Berceæ
rexit. Galatiæ pastor fuit Leontius, vir multis virtutis ge-
neribus insigniter exornatus.

De diuina huius episcopi in loquendo libertate.

CAPVT XXVIII.

Magnus ille Ioannes, susceptis ecclesię Cõstantinopoli-
tanæ gubernaculis, cœpit iniqua quorundá facinora
grauiter coarguere, imperatoré eiusq; coniugé salu-
tariter admonere, oraré sacerdotes, vt ex præscripto legú ab
ecclesia sancitarú vitá instituât: eos autem, qui istas teme-
re violare aggrediebantur, aditu sanctuarij prohibere. Ná
non est æquum, inquit, vt Sacerdotali honore fruantur hi,
qui vitá eorú, qui sunt verè Sacerdotes, non studiosè imi-
tentur? Atq; hoc modo prospexit, nò illi solú ciuitati, verú
etiá toti Thraciæ, quæ est in sex episcopatus diuisa, & cū-
ctæ etiá Asiæ, quæ vndecim habet antistites. Ponticá præ-
terea ecclesiam, quæ eundem habet episcoporum nume-
rum, quem Asia, eisdem legibus adornauit.

De

De fanis Idolorum in Phœnicia ab eo deiectis.

CAPVT XXIX.

Porro cū certior factus esset, Phœniciā etiam nū ad nefaria dæmonum mysteria celebranda cæco furore ferri, monachos diuino pietatis studio inflammatos, in vnū cogit. Eosque cum edictis imperatoriis ad simulachrorū fana demolienda mittit. Opificibus autem & eorum ministris, qui ista deturbarent, mercedē non ex imperatoris prōpsit ærario, sed fœminas cum diuitijs circumfluentes, tū fide præclarè instructas induxit, uti sumptus in eam rem (docuit nāq; quanta laus ex tali largitione colligi soleat) affatim & liberaliter suppeditarent. Itaque reliqua dæmonū delubra hoc pacto solo æquanda curauit.

De Gotthorum ecclesia. CAP. XXX.

Cvm videret præterea gentem Scyticam doctrinæ Arianae laqueis irretitam teneri, molitus est sedulo inde eam eripere: ad quam predam capiendam hanc viā excogitauit. Complures, qui eadem lingua loquebantur, presbyteros, diaconos, & lectores ordinauit, illisque vnā tribuit ecclesiam: quorum opera multos errore lapsos, ecclesiæ reconciliauit. Nam ille ipse plerunque ad eam ecclesiā profectus, cum illis locutus est, interprete vtriusque linguæ perito vsus: aliosque dicendi facultate instructos, ad idem ipsum faciendum induxit. Ista quidem in vrbe illa præstitit, cōpluresque errore imbutos, veritate doctrinæ apostolicæ explanata, ad viam salutis reduxit.

De prouidentia quam pro Schythis habuerat, & quo pacto Marcionistas infectatus fuerat.

CAPVT XXXI.

Itemque cum accepisset Schythas, qui Nomadæ vocantur, quique propter Istrum accolabant, sitienter quidem salutem appetere, sed habere neminem, qui sitim suam salutaris doctrinæ fluentis restingeret, viros laborū

℞ 4 apostolico-

THEODOR. HISTOR.

apostolicorum imitatores conquisiuit, eosque illis erudien-
dis præfecit, literas autem eius ad Leontium episcopū An-
cyræ perscriptas, quibus tum Scythas ad fidem cōuersos ef-
se significabat, tum orabat, vt viros idoneos ad rectam salu-
tis viam illis monstrandam mitteret, ipse equidem perlegi.
Porro autem vbi intellexit pestiferam Marcionis hæresin
nonnullos in nostra regiōe pagos occupasse, scripsit ad eū,
qui id temporis episcopus illius ecclesiæ fuit, hortatus, vt
hæresim illam inde expelleret: atque quò ei in eo negotio
exequendo adiumento esset, edicta imperatoris ad illum
mittenda curauit. Sed de ecclesiis, more Diui Pauli aposto-
li, quàm animo sollicito esset, ex his rebus gestis satis con-
stare poterit.

De Gainæ postulatione, & Ioannis Chrysostomi responsione. CAP. XXXII.

SVnt autem alia ipsius facta, quæ eius loquendi liberta-
tem perspicuè daclarare queât. Exempli gratia: Gainas
quidam genere Schyta, animo barbaro, insolentia pla-
nè tyrannica per id temporis dux fuit, & non modò exerci-
tui ex sua gente collecto, verùm etiam vnà, Romanis tum
equestribus, tum pedestribus copiis præfuit. Quem quidè
non solum alii omnes, sed etiam imperator ipse (quippe eū
tyrannidem moliri suspicabatur) magnopere extimuit. Iste
labe aspersus Arriana, postulat ab imperatore vnum ex sa-
cris templis sibi dari. Imperator autem respondet se de ea
re capturum consilium, & vnum ei curaturum promittit. I-
taq; diuino illo Ioanne accersito, ei postulatum Gainæ ex-
ponit, commemorat eius potentiam, moliri tyrannidem in-
dicat, orat, vt templo donato furètem eius animum placet.
Cui nobilis ille vir, ne, inquit, istud ei pollicere, neq; san-
ctum dare canibus mandes. Nam nunquam equidem pati-
ar, vt qui deum verbum sanctè & augustè laudibus & hym-
nis celebrant, expellantur è sacro templo, idemque tribua-
tur his, qui contra eum loquuntur blasphemias. Atque ne
barbarum illum omnino metuas, imperator, sed me & illū
in vnum locum conuoca, tuque silentio vtriusq; nostrū ser-
moni ausculta. Ego certè me hominis linguam refrenaturū
spero

spero, persuasurumque ne postulet, quod ei concedi non debeat. Quibus auditis, imperator vehementer letatur, & postridie eius diei vtrunq; accersit. Gajnas quidē promissum exposcit: magnus autē Ioannes respōdet illi ex aduerso: non licere imperatori, qui pietatem colere instituat aliquid cōtra res sacras temere moliri. Cui quidē dicēti templū sibi dari oportere, respondet Ioannes, téplum sacrū apertū esse, neminemque eum prohibere, quo minus in eo, si libeat, preces deo fundat. Tū Gajnas, at ego, inquit, alterius sectæ sum, & cū hominibus eius sectæ vnū sanctū templum habere postulo. Atque istud quidem non immeritò peto, quippe qui multa bellica certamina pro Romanis cōfecerim. At præmia, inquit Ioannes tibi propterea tributa labores tuos longe superant. Nam dux es, & honore consulari dignatus: quin etiam tecum debes considerare, quis fueris olim, & qui iam sis: quæ etiam præterita tua inopia, & in qua iam abundantia vitam degas.

Quibus quoq; vestimentis prius indutus esses, quàm Istrū traieceris, & quibus iam opertus. Complectere igitur animo, quàm pauci sint labores, & quàm ampla præmia: atque noli erga eos, qui tibi honorem hunc detulerint, ingratus esse. Hac oratione habita, Ioannes, celebris totius orbis terrarum doctor, os obturauit Gajnæ, atque ad eo obmutescere coegit. Temporis autē interuallo interiecto, Gajnas tyrannidem, quam mollitus fuerat, manifestò patefecit, atque collecto in Thracia exercitu, prædas agere, & multa loca vastare cœpit. Quibus rebus cognitis, omnes cum magistratus, tum subiecti metu exhorrescere: atque nemo erat, qui vel cum eo in acie configere animum induxerit, vel legationem apud eum obire se tuto posse existimarit. Nam barbarum eius & crudelem animū quisque suspectum habuit.

De Chrysostomi ad Gainam legatione.

CAP. XXXIII.

ID temporis aliis omnibus velut metu perculsi relictis, initum est ad Ioannem, inuictissimum illum Christi bellatorem: suadetur ei, vt legatus ad Gajnam proficiscatur.

℞ s Ille

THEODOR. HISTOR.

Ille vero, nulia habita ratione vel disceptationis cōtra Gajnam antè susceptæ, vel simultatis inde ortæ, prompto animo in Thraciam contendit. Quare Gajnas, cognito legati aduentu, & animi eius alacritate pro pietatis defensione consyderata, lōgo interuallo ei lubens procedit obuiam, atque præhensam illius dexteram oculis suis apponit, liberosq; sacra eius genua cōplecti cogit. Sic quidē virtus vel infelissimos afficere pudore, & obstupescere solet.

De iis qua propter Chrysostomum euenerunt.

CAP. XXXIIII.

Verū inuidia illustrem sapientiæ Ioannis splendore non tulit, sed suis machinis admotis, non urbem Cōstantinopolim solum, verum etiā vniuersum orbē terrarum cū eloquentia illius, tū sapientia orbauit. Ipse equidem ad hāc historiæ partē iam oratione prouectus, nescio quo animo affectus sim. Nā dū iniurias ei illatas narrare instituo, virtutem eorum, qui illarum iniuriarum auctores erant, non nihil reuereor. Quade causa eorum nomina silentio prætermittere animus est. Isti quoniam varias causas habere videbantur, cur cum eo Simultatem gererent, eximiam eius virtutem videre noluerunt, sed miseris quibusdam accusatoribus conquisitis, tametsi crimen perspicue falsum esse intellexerunt, tamen concilio longē extra urbem conuocato, sententiam aduersus eū pronuntiarunt. Itaque imperator sacerdotibus fidē adhibens, illum longe ab vrbe relegari mandat. Ioannes autem, cum neque accusationem audiuisset, neque ei respondisset velut criminum sibi illatorū conuictus, urbē deserere cogitur, & Hieron oppidū (sic enim nauale illud nominatur) in ostio Pōnti situm contendere. Cū vero noctu terræmotus factus esset, & terror inde Imperatrici incussus, Cōstantinopoli vrbi Mariæ præmittuntur prima luce legati ad Ioannē exulē, oratum vt quā primū ad urbem redeat, periculūq; ei impendens depellat. Post quos alij mittuntur legati: post illos etiam alij, adeo vt Bosphorus refertus esset legatorum turba. Vbi vero fidelissimus populus istud intellexit, ostium Propontidis nauigijs operuere. Omnes nanque cū cereis accensis ei obuiam fiunt. Atque pro eo quidē tempore

pore hostium illius coniurata manus dissipata est . Sed
 pauci iam intercesserant menses , cum deintegro in vnum
 coiure : pœnasque ab eo expetiuerunt non criminum solū,
 quæ ei falsò obiecerant , verum etiã ministerii in ecclesia,
 quòd post abdicationem obierat . Ad quos respondet , se
 neq; in iudicio egisse causam , neque crimina obiecta audi-
 uisse , neque dedisse pro sua ipsius defensione responsum ,
 neque præsentem condemnatum , sed absentem in exiliũ
 ab imperatore eiectum , & denuò ad sedem episcopalem
 reuocatum . Attamen aduersarii eius altero concilio non
 ad causam cognoscendam coacto , sed vt imperatori per-
 suaderent , iustam & legitimam ipsorum esse sententiam ,
 non solum eum ciuitate expellunt , verum etiam ad paruum
 & desertum quoddam Armeniæ oppidum , quod Cucusus
 dicitur , amandauit . Inde rursus educentes , ad Pityuntẽ
 transferunt . Id oppidum est velut terminus , quo Pon-
 tus , & imperium Romanum distinguuntur , Barbaris cru-
 delissimis finitimum , sed clemens dominus non permi-
 sit egregium suum athletam ad eiusmodi hominum cœ-
 tum deduci . Nam vbi venit Comana , ad vitam immor-
 talem , & cuiusque expertem molestiæ migravit . Corpus
 autem , quod tot præclara certamina confecerat , propter
 bustum Basilisci martyris (id enim sanctus martyr per som-
 nium mandauerat) conditum est . Quot quidem episco-
 pi illius causa suis exurbati fuerunt ecclesiis , & ad extre-
 mas orbis terræ oras relegati , quot etiam monachi simili
 supplicii genere multati , hoc loco percensere superuaca-
 neum arbitror , eoque pacto longius historiam prouehere ,
 præsertim cum mea quidem sententia , ea , quæ tristitiam af-
 ferant , contrahenda sint in angustum , & errata eorum , quæ
 sunt fidei societate nobiscum coniuncti , silentio tegenda .
 Atqui complures eorum , qui erant iniuriarum authores ,
 pœnas persoluerunt , quorũ supplicia aliis non parũ attulere
 cõmodi . Istud iniquũ facinus cõtra Ioannẽ admissum epis-
 copi Europæ præter cæteros detestati sunt . Nã se à cõmu-
 nione illorũ , qui illud cõsciuerat separauerunt : quib⁹ tori⁹ Il-
 lyrię cũcti se adiũxerunt episcopi . Porro aut̄ q̄ plurimi epis-
 copi ciuitatũ vers⁹ oriētẽ solẽ sitarũ , à facinoris cõmuniõe
 se seiũxerunt quidẽ , sed corpus ecclesię minimẽ distraxerunt .

Quin-

THEODOR. HISTOR.

Quinetiam isto excellenti totius orbis terræ doctore mortuo, episcopi Occidentis non prius cum episcopis Aegypti & orientis, & Bosphori & Thraciæ communicare voluerunt, quàm nomen illius sanctissimi viri in tabulas, quibus nomina episcoporum mortuorum continebantur, retulissent. Atque Arsacium eius successorem ne salutare quidem dignati sunt. Atticum autem, qui succedebat Arsacio, quique sæpè legatos ad eos miserat, sæpeq; pacem postulauerat, postea tandem, cum Ioannis nomen in tabulis inscripsisset, receperunt.

De Episcoporum successione, & Alexandro Antiocheno episcopo.

CAP. XXXV.

Eodem tēpore Cyrillus filius fororis Theophili Alexandriae episcopus fuit, auunculi in eo præfulatu successor. Ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopatum tunc gessit Ioannes, vir planè insignis, successitq; Cyrillo, de quo supra facta est mentio. Ecclesiam verò Antiochenam administravit Alexander, cuius pia vitæ ratio pulchrè cum episcopatu consentiebat. Nam toto vitæ tempore ante susceptum episcopatum in palæstra monastica contrito, cum plurimum se exercuisset, generosum athletam se plane declaravit: quippe tum oratione docuit alios, tum vitæ consuetudine orationem confirmavit. Iste successit Porphyrio, qui post Flavianum illius ecclesiæ clauum tenens, multa suæ benignitatis monimenta post se reliquit. Cui quidè summa etià animi prudentia non parum attulit splendoris. Diuinus autem Alexander, sæueta vitæ disciplina, studio sapientiæ, ægestate voluntaria, eloquentia, aliis deniq; spiritus sancti donis admodum excelluit. Idemq; factione magni Eustathii causa inchoatam (quæ quò minus iam pridem esset cum reliqua ecclesia denuò sociata, Paulinus impedimento fuit, & post eum Euagrius) sua persuasione & consilio, cætero ecclesiæ corpori adiunxit, & talem diem festum, qualem nemo aliquando viderit, ex insperato celebrandū curavit. Nam omnibus eadem fide consentientibus in vnū collectis, tam sacris initiatis, quàm laicis, ad illorum conuentum acce-

tum accedit. Atque assumptis sibi, qui cantare nouerant, uoque hymnorum concentu contexto, à porta quadà paruula ad occidentem spectante usque ad maximum templū totam plateam compleuit hominibus, & fluuium rationis participem, similitudinem fluuij præterlabentis mirè adumbrantem, effecit. Quæ cum Iudæi, Arriani, & Gentilium reliquiæ, quæ perpaucaerant, viderent, gemere & lamentari cœperunt, quòd alios iam fluuios in ipsum ecclesiæ quasi mare illabi cernebant. Iste præterea primum Magni Ioannis nomen in tabulis ecclesiæ inscribendum curauit.

*De reliquiarum Ioannis quæ postea facta
fuit, importatione, & Theodotii
Iunioris ac fratrum eius facte.
CAP. XXVI.*

POSTEA verò ipse etiam Ioannis doctoris præstantissimi reliquiæ fuere Constantinopolim urbem primariā tractatæ. Itaque fidelis hominum cœtus, pelagus, nauigiorum multitudine, velut continentem efficiens, Bosphori ostium ad Propontidem situm luminaribus cooperuere. Hunc thesaurum is, qui iam imperium administrat, qui ut aui nomen fert, ita synceram eius pietatem seruat, in illā urbem importandum curauit. Idemq; vultu & oculis in sancti illius viri loculo defixis, pro parentibus precēs fudit, orauitque ut iniuriarum per ignorationem factarum veniam illis tribueret. Iam pridem autem eius parentes mortem obierant, illo iam tum valde adolescente orbo relicto. Sed ut orbitatis molestias experiretur, parentum & maiorum suorum deus neuitquam passus est. Nam & eum ipsum pietatis educauit alimentis, & imperium vacuum à seditionibus conseruauit, & animos, si qui ad tyrannidem propenderēt, compressit. Quorum beneficiorum semper memor, patronum suum laudibus & hymnis celebrare non cœsat. Atque huius hymnorum concentu dei laudandi cōsuetudinis socias habet sorores suas, toto vitæ tempore virginitatē excolentes: quæ & pro summis delitiis habent literarum commendationem sacrarum, & pro certo solidoq; thesauro rerum egentibus necessariorum suppeditationem. Et quamquam

THEODOR. HISTOR.

quàm iste imperator multis aliis virtutibus eximiè decoratus erat clementia tamen vel maximè, mansuetudine, animi tranquillitate, quæ nullis procellis agitari poterat, fide denique syncera & spectata. Cuius rei certissimum argumentum ostendam. Vir quidam vitam excolens monasticâ, animo paulo audaciore præditus, ad imperatorem rei cuiusdam petendæ gratia accedit. Quod cum sæpius frustra fecisset, imperatori ecclesiastica interdicitur communione, vinculoque ecclesiæ ei iniecto, decedit. Imperator autem fide cum primis excellens, accedens ad palatium, cum tempus instaret conuiuij, & omnes conuiuæ adessent, dixit se non prius capturum cibum, quàm ecclesiæ vinculo soluere tur. Proinde vnum ex familiarissimis ad episcopum mittit, oratum, vt potestatem faciat ei, qui ipsum ligauerat, vinculo soluendi. Cum autem episcopus respondisset, non debere cuiusque vinculum admittere, significassetque eum solum esse, non tamen solutione illa contentus est, donec ille qui eum ligauerat, magno cum labore conquistus, communioni illum restituisset. Eiusmodi namque erat imperatoris erga leges diuinas fides. qua etiam inductus, simulachrorum delubra, quæ etiamnum reliqua erant, adeo funditus deturbari eueritque mandauit, vt ne vestigium quidem veteris gentilium erroris (istam namque sententiâ in edicto de illis demoliendis conscripto inseruit) posteris restaret ad intuentum. Atque ex his pietatis seminibus fructum continuum percepit. Nam hac de causa omnium moderator deus eius saluti sedulo prospexit. Etenim cum Rhoilus dux Scytharum, qui Nomadæ dicuntur, traiecto Istro cum ingentibus copijs Thraciam populari, & prædas agere inciperet, & Constantinopolim vibem primariam obsessurum, momentoque temporis capturum, atque adeo solo æquaturum minaretur, deum fulminum iactu, & facibus cælitus demissis cum illum cõbussit, tum vniuersum eius exercitum penitus absumpsit. Non dissimile quiddam etiâ in bello Persico deus eius causa præstitit. Nam cum Persæ, negociis Romanorum, quibus districti tenebatur cognitiss, contra vicinos suos, ruptis fœderibus, bellum facerent, neque quisquam illis tum ab hostibus oppugnatis subsidio veniret (imperator enim pace iam dudum facta confisus, duces suos & milites ad alia bella gerenda miserat)

ferat) Deus immenso imbri & maxima copia grādinis in eo
 rā exercitū demissa, tū eos prohibuit ab itinere vltius fa-
 ciendo, tū equorum cursum impediuit : adeo vt viginti die-
 bus viginti stadia vsq; eo cōficere non possent, quoad du-
 ces Romani collectis suis in vnum militibus, aduentarent.
 Porrò autē altero praelio antè cōmisso, istos ipsos, cū iam vr-
 bē imperatoris nomine nuncupatā obsidione cinxissent, lu-
 dibrio deus exposuit. Nam cum Gororanes amplius trigin-
 ta dies cum omnibus copiis vrbem hanc circumsedisset, &
 multa instrumenta bellica ad vrbes capiendas accommoda-
 ta ad murum applicasset, & infinitas tentasset machinas,
 & alias turres extra mcenia extruxisset, solus diuinus Euno-
 mius illius vrbis episcopus ei restitit, & machinationū adie-
 ctarum impetū penitus repressit. Ac cū duces nostri cōtra
 hostes praeliari renuerēt, & obsessis opē ferre nō auderēt,
 iste episcopus se hostibus opponendō, vrbem seruauit inco-
 lumem. Nam cum vnus ex regulis barbaris consuetā blas-
 phemiā in Deum iaceret, & in morem Rhabfacis & Senna-
 cherib verba execrabilia funderet, furoreque incitatus, mi-
 naretur se sacrosanctū Dei templum incendio vastaturum,
 sanctus iste vir rabiem eius non ferens, balistā Thomæ apo-
 stoli nomine inscriptam ad pinnas muri statui, & ingentem
 lapidem in ea imponi, nomineq; illius, in quē barbari blas-
 phemias coniecerant, eum emitti iubet. Qui directō in il-
 lum regulum delatus, & in nefarium eius os impactus, vul-
 tū deformauit, caput cōminuit, & cerebro dispersit humū.
 Quod cum vidisset dux Gororanes, qui spe vrbis capien-
 dæ exercitum collegerat, inde decessit, ipsoque rerū euētu
 se victū planè declarauit. Atque ob hanc causam metu per-
 cussus, fœdera cum Romanis percussit. Ad hunc modum
 summus omnium rector Deus fidelissimi imperatoris salutē
 consuluit : qui quidem & se famulū eius esse ingenuè ag-
 noscit, & debitum domino præstat obsequium.

2. Paral.

32.

De Theodotio Antiocheno episcopo.

CAPVT XXXVII.

Iste imperator reliquias vt dixi, præclari illius mundi lu-
 minaris Ioannis Cōstantinopolitani illarū admodū ap-
 petenti reddidit. Sed istud postea factum est. Innocentio
 illi

THEODOR. HISTOR.

illi episcopo Romano viro longè præstantissimo successit Bonifacius: Bonifacio Zosimus: Zosimo Celestinus. Hierosolimis autem post Ioannem illum admirabilem mortuum, Praylius vir, qui nomini suo pulchrè respõdebat, illius ecclesiæ rectionem capessit. Antiochiæ verò, Diuo Alexandro vita defuncto, Theodotus, continentia velut Margarita, ecclesiæ præsulatum obtinuit: vir mansuetudine insignis, & accurata vitæ institutione egregiè exornatus. Qui sectam Apollinarem oratam, vt se cum reliquo Christi grege iungeret, cæteris ecclesiæ ouibus aggregauit. Multi tamen eorum, insignem erroris labem, qua antè erant inquinati, minimè eluerunt.

*De persecutione in Persia excitata, &
qui illic martyrium perpepsi sunt.*

CAP. XXXVIII.

PER idem tempus, Isdigerdes rex Persarum persecutione cõtra ecclesias cõcitauit, occasione ex re gesta, quam deinceps narraturus, arrepta. Audas episcopus, vir multis virtutis generibus ornatus, zelo non opportuno illo quidem accensus, Pyreũ (templa enim in quibus $\pi\upsilon\epsilon$ id est ignis, eorum Deus colitur Pyrea vocant Persæ) demolitus est. De qua re rex per Magos certior factus, Audas accersit. Ac primũ placidè eũ coarguit, & Pyreũ denuò edificare iubet. Qui cum ei contradiceret, negaretq; se illud facturum, rex omnes ecclesias Christianorum se diruturũ minatur. Atque certè quod verbis minabatur, re ipsa perfecit. Nam vt primum Audas diuinum illum virum trucidari mandauerat, ecclesias deturbari iussit. Quòd autem ad Pyrei euersionem attinet, haud opportunè equidè illud factum fuisse existimo. Nam sanctus apostolus Athenas aduentans, & ciuitatem superstitioso simulachrorũ cultu cæcatam videns, aram quandam ab illis honoratam minimè diruit, sed verbo eorum ignorationem redarguit, & veritatem illis patefecit. Attamen quòd Audas templum simulachri deturbatũ extruere rursus noluit, sed interfici potius, quàm illud efficere, eum magnopere admiror, & corona dignum iudico. Nam par impietas est, mea quidem
sententia

sententiam, ignem adorare, atque ei ædificare delubrum. Hinc igitur persecutionis tempestas orta, grauissimos & turbulentissimos fluctus contra pietatis alumnos conceitauit: quæ procella triginta annos continuos à magis velut à quibusdam turbinibus agitata durauit. Magos autem vocant Persæ, qui elementa in deos referunt. De quorû commentitijs fabulis alio in opere, in quo eorum quæstiones dissoluebamus, satis enucleatè disseruimus. Porro Goro-

*Bararam
nes voca-
tur à So-
crate.*

ranes, filius Isdigerdis, post mortem patris, vt regni paterni, sic belli contra pietatem à patre commoti successor extitit: quippe pater moriens, hæc duo coniuncta filio reliquit. Tormentorum autem genera, & noua cruciamenta pijs hominibus ab illis inflicta vix dicendo explicari poterunt. Nam quorundam manibus, aliorum autem tergis corium detrahunt. Aliorum capita, à fronte exorsi, ad barbâ vsq; cute exuunt. Nonnullos primû cœperunt arundinibus semisectis circumdare, & incisiones corporibus applicare. deinde robustis vinculis à capite ad pedes vsque circumligare, & singulos calamos vi arctè constringere, vtz partem cutis, ad quam admotæ erant arundines, eo pacto grauitè lacerantes, aciores doloris morsus efficerent. Quinetiam lacus effodere, eos summa cum diligentia intringere: deinde ingentem foricum numerum in eos cõcludere: postremò pietatis athletas, eorum manibus pedibusque constrictis, ne bestias abigant, foricibus velut alimentum obijciunt. Sorices autem fame oppressi, sensim carnes sanctorum absument, sicque diuturnum & acerbum cruciatû illis afferunt. Itemque carnifices isti à conscelerato illo naturæ nostræ inimico, & veritatis hoste edocti, tormenta alia his quidem multò asperiora excogitare: Sed tamè ne eo quidem modo athletarum fortitudinem & constantiam retundere potuerunt. Nam sua sponte accurrebât magno desiderio mortis oppetendæ per quâ ad vitam immortalè patefit, inflâmari. Quorû duos tresve in memoriam reuocabo, quo per hos etiam aliorû fortitudo cognosci queat. Hormisdam quendâ, virum in Persis apprime nobilem, ex genere Achemenidarum oriundû patre præfecto cû Rex eû Christianû esse accepisset, ad se adduci & Deû Seruatoré pernegare iubet. At Hormisda, quod

R R. impias

THEODOR. HISTOR.

Imperas, o Rex, neq; iustū est, neq; vtile. Nam quicumq; didicerit Deū omnium gubernatōre facillē contēnere, cūq; denegare, multō facilius Regē, quippe cū homo sit, mortalis naturæ particeps, contempturus est. Quod si qui tuum imperiū pernegauerit, o Rex, grauissimo dignus sit supplicio, quanto grauius meretur ille quidē, qui omnium reiū effectōre pernegat. Rex autem quem oportuerat sapientissimam eius orationem admiratum esse, athletā generosum, diuitijs & honore spoliavit: deditq; ei mandatū, vt omnibus vestibus, solo subligaculo excepto, exutus, camelos, qui erant in exercitu, duceret. Cum verō dies complures iā præterijssent, Rexq; tabulato despiciēs, videret optimū illū virū & radijs solis exustū, & cōspersum vndiq; puluere, nobilitate ac splendore patris illius in memoriam reuocato, primum iubet eum adduci ad se, & indusio linteo vestiri: deinde arbitratus eius animū partim cruciatu præterito, partim humanitate erga eum iā declarata mollitum esse, nunc demum, inquit, obstinatione deposita, filiū fabri negato. At ille, diuino zelo accensus, indusium dilacerauit: quo ad Regem proiecto, sic eum affatur. Si me huius causa pietatem deserturum putas, habeas tibi donum cum impietate. Hac eius fortitudine perspecta, Rex eū è palatio nudum exturbauit. Porro idē Rex Suenē mille seruorum dominum, qui ei cōtradicebat, quiq; fabricatōre huius vniuersitatis pernegari haudquaquam sustinebat, primū percontatur, quis ex eius seruis improbissimus esset, deinde ei tradit reliquorum dominatum, ipsumq; dominum Suenē illi inferuire iubet. Quinetiam Domini sui cōiugem ei in matrimonium dat, ratus eo pacto se veritatis propugnato-rem Suenē de sententia deducturum. Verē spes eum frustrata est. Nam Suenes domū supra petrā ædificatā habuit. Post hos Benjamin diaconū cōprehēdi, et in carcerē cōijci mādāt. Biēnio verō pōst, legatus Roman⁹ venit ad regē, de alijs rebus cū eo acturus. Qui de diacono certior factus, impetrat ei à rege liberationē. Rex autē iubet Benjamin polliceri se doctrinā Christianā cū nullo mago cōmunicaturū. Legatus quidē recipit Beniamī regis mādātā effecturū. At Benjamin, cū legatū de hac re ipsū admonētē audiuisset, respōdit, nō posse fieri, vt doctrinā lucis quā à Deo accepe-

Sannē.
vocat E-
Epiph.

acceperat, nō alijs impartiret. Nā abscōdere talētum, quātum *Matth*
 mereatur supplicij historiā euangeliorum apertē docere. *cap. 25*
 Verū Rex id tēporis hui⁹ respōsi ignarus, iubet illū è vin-
 culis eximi. Qui quidē, vt solebat, homines ignorationis
 tenebris obcaecatos, inde eripere, & ad lucem, quę sola in-
 telligētia percipitur, adducere nō cessauit. Anno autē post
 res ab eo gestę regi indicātur. Qui iubet eū adduci, & de-
 um, quem colebat, denegare. Tum ille sciscitatur à rege,
 quo supplicio mulctandus sit is, qui eius regnum deserat,
 & alterius ditioni se subijcere animum inducat: morte, in-
 quit rex, & pœna grauissīma. Cui rursus sapiētissīmus vir,
 quo pacto igitur, inquit, coercendus est homo ille, quē
 effectorem & opificem omnium derelinquat, & vnum
 è conseruis deum consecret, eiūque cultum vero Deo de-
 bitum tribuat? Quibus verbis rex grauitè commotus, vi-
 ginti arundines præcutas per unguis manuum ac pedum
 traicti iubet. Vbi autem videt eum hunc cruciatum habe-
 re pro ludō, aliam rursus arūdinem in membrum genitale
 intrudi mandat: quę sapius extracta insertaque, dolores
 ei incusit planè inexplicabiles. Post istud inflictum sup-
 plicium, impius ille & immanitate efferatus tyrannus, vir-
 gam robustam, crassam, & propter ramos vndique emi-
 nentes valde asperam, in imam alui sedem insigi iu-
 bet. Quo cruciatus genere generosus Christi athleta
 oppressus, extremum spiritum edidit. Infinita ferè id ge-
 nus scelera ab illis impijs fuere admīssa. Neque cuique
 mirum videri debet, omnium rerum administratorem de-
 um, eorum feritatem impietateque tolerasse. Etenim quot
 quot imperatores ante imperium Constantini Magni re-
 gnarunt, contra veritatis professores insana rabie furere
 non desierunt. Atque Dioclecianus ipso salutaris passio-
 nis die, cunctas ecclesias, quę in toto Romano erant impe-
 rio, demolitus est. Verūm vix nouem iam anni intercesse-
 rant, cum & illę ipsę denuo florere, atque multò maio-
 re amplitudine et splendore quàm antea enitere cœperūt,
 & tyrannus ille vnā cum impietate extinctus est. Atque
 dominus tum hæc bella contra Christianos excitata fore,
 tum ecclesiam inuictum iri prædixerat. Quinetiam ipsi
 rerum euentus nos docent, bellum plus commodi, quàm
 pacem nobis solere apportare. Nam hæc nos molles, mo-

THEODOR. HISTOR.

rosos, & nimidos reddit illud autē animos acuit, & res præ
sentis vitæ tanquam fluxas contemnere facit. Verum de
his alijs in libris sæpe differuimus.

Cur Theodorus iste quis
Monachus apostata ad quē extat Epist. Chrysost. ordin. 5. et heresi Nestor.
ansā dederit sic laudet. scribit. Cap. XXXIX.
Leontij Bisatini. in Appendice Biblioth. p. 1856. & Viño quide
ipso (inquit) cum
nemo cōtradixit
factū ideo, quod pugna
nādi cōtra sectas, & contra vniuersas hæreticorum phalanges victoriam
maiores, necessitate posita, obiit mortem. Ille & Diodori viri excellen-
tas eiusmodi dogatisimi doctrinæ particeps factus est, & sanctissimi Ioannis
mata tegebat
Nā cōtra Ariā-
nos Macedoniū
et Apollinariū (ait)
egregie pugna-
bat

De Theodoro Mopsuestiæ episcopo,
nam rexit ecclesiam, Theodorus episcopus Mopsue-
stæ, qui totam Christi ecclesiam sua doctrina erudie-
re, & contra vniuersas hæreticorum phalanges victoriam
maiores, necessitate posita, obiit mortem. Ille & Diodori viri excellen-
tas eiusmodi dogatisimi doctrinæ particeps factus est, & sanctissimi Ioannis
socius & adiutor. Nam communiter inter ipsos sapientiæ
præcepta ex spiritualibus Diodori fluentis hauserunt. Trigin-
ta sex annos præfulatum gessit Theodorus, neque vnquā
cessauit tum contra Ariānam & Eunomianam sectam ve-
lut in acie dimicare, tum clandestinam Apollinaris ma-
nipulum impugnare, tum optimam herbam sanctus Chri-
sti ouibus suppeditare. Cuius frater Polychronius ecclesi-
am Apameensem tum propter præstantiam doctrinæ, tum
propter piæ vitæ splendorem præclarissimè gubernauit.
Isto quidem in loco finem historiæ facere animus est: at-
que omnes, qui sint eam aliquando perlecturi, vehe-
menter oratos volo, vt precibus suis meos labo-
res compensare non grauentur. Spatium quidem
centum & quinque annorum ista complectitur
historia, quæ initium habet ex rabie Ariana,
exitum autem à morte hominum præ-
stantissimorum, Theodori
& Theodoti.

FINIS.

SIT DEO GLORIA.